UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Addenda, Et respectivè Corrigenda In Editione Secunda Ephemerologii Ecclesiastico-Rubricististici P. Joannis Baptistæ Halden, è Societate Jesu, Quando illud cum Facultate Superiorum denuo in lucem edetur

Halden, Johann Baptist

Oeniponti, 1723

urn:nbn:de:hbz:466:1-39948

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2133.

G. IV

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Schwechoppe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ADDENDA,
ET
reſpectivè
# CORRIGENDA
IN
## Editione Secunda
## *EPHEMEROLOGII*
*Eccleſiaſtico-Rubriciſtici*
P. JOANNIS BAPTISTÆ HALDEN,
è Societate JESU,
Quando illud cum Facultate Superiorum denuo in lucem edetur.

*OENIPONTI,*
*Cum Superiorum Permiſſu.*
Typis Mich. Ant. Wagner, Cæſ. Aul. Typogr. & Bibliop.
1723.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN TITULO *principali* totius Libri verbis: *Cum facultate Superiorum*, *&c* præponenda ſunt hæc verba: *Editio ſecunda, pluribus in Locis Aucta*, & *Emendata.* In fine ejuſdem Tituli principalis poſt verba: *Cum Facultate Superiorum*, *& Privilegio Sac. Cæſ. Majeſtatis* exprimendus erit *Locus* novæ Impreſſionis, & poſt hunc *Nomen* & *Cognomen* D. Typographi, ac *annus* novæ editionis.

Poſt DEDICATIONEM (ſi quæ fiet in nova Editione) ponenda eſt *Facultas R. P. Provincialis S. J.* pro tempore exiſtentis, & *Privilegium Cæſareum, quô Typographis & Bibliopolis omnibus vulgatos à Societatis JESU Patribus Libros abſque Superiorum, Auctorúmque conſenſu recudendi, vel intra Sacri Romani Imperij, & Provinciarum, Sacræ Cæſareæ Majeſtati hæreditario jure ſubjectarum fines importandi, copia adimitur.*

Poſt hæc ponenda in facie 1. aut 2. novæ Paginæ

# PRÆMONITIO AD LECTOREM.

HÆc verò *Præmonitio* accommodanda erit (omiſſis omnibus ijs, quæ habentur in 1.ma Editione) novæ Editioni, pro exigentia *Rerum*, ac *Temporis*. Eidem tamen ſaltem ſequentia erunt ad verbum inſerenda:

*Illud ante omnia in ſecunda quoque hujus* OPERIS *Editione monitum volo benevolum* LECTOREM, *præter illa* SACR. RIT. CONGREGATIONIS DECRETA, *de quorum indubitata authoritate ex* BARTHOLOMÆI GAVANTI *Sacrorum Rituum Theſauro, aut aliunde legitimè conſtat, allegari hinc inde à me inſuper quædam alia ejuſdem* S.R.C. *in hoc Opere Decreta, ex aliorum Scriptorum Libris (quos quidem cum ſuorum Superiorum facultate ac approbatione in lucem ediderunt) bona fide à me relata: Cùm verò non perinde mihi ſit compertum, an etiam iſta indubitatæ ſint fidei & authoritatis, ac proinde non de omnibus, ac ſingulis in hoc Libro à me relatis S. R. C. Sanctionibus authenticè conſtet, an extent reipſa (utì in earum Titulo præfertur) in* REGISTRO *ſeu* TABULARIO *Decretorum Sacrorum Rituum* CONGREGATIONIS, *vel certè in omnibus, aut prout jacent, aut referuntur, cum ſuis Autographis, ſeu Originalibus concordent, vel tandem, an omnes legitimè ſint publicatæ, aut non ſaltem alijquæ earum vel*

*ex*

*ex toto, vel ex parte, ejuſdem ſacri Collegij authoritate ex juſtis cauſis poſtliminiò ſint abrogatæ, ideo in ipſo hujus Lucubrationis meæ limine ſanctè proteſtor, me omnes ac ſingulas ſuprà dictas Sanctiones & Decreta, nonniſi bona fide, & in quantum* S. CONGREGATIO *ea valere velit, ac propalari, in Codice hoc rubriciſtico adducere, & adducta velle; ac ſicubi vel ex toto, vel ex parte aliter res ſe habeat, quàm quô modô à S. R. C. prætenditur deciſum, id quoque me eatenus pro indeciſo haberi velle, ac recipi, utpote omnia & ſingula à me exarata ac exaranda Sanctiſſimæ Matris* ECCLESIÆ, *hujúsque ſupremi in terris* HIERARCHÆ *ſeu* CAPITIS, *nec non ipſius quoque Sacrorum Rituum* CONGREGATIONIS *non tantùm judicio, ſed etiam Correctioni obſequentiſſimè ſubſternens, ac paratiſſimus emendare, mutare, aut etiam revocare, ſi quæ vel per ignorantiam, vel per inadvertentiam elucubrata, aut tradita à me ſunt, quæ limâ indigent, vel liturâ.*

Poſt PRÆMONITIONEM *ad Lectorem* imprimenda ſunt (ſed grandioribus Literis ſeu Characteribus, quàm in prima Editione) verba illa: *Si à Choro &c* extantia ante PARTEM I. Ephemerologij, & huic in folij præcedentis facie 2da pariter præfigenda.

Procedendum deinde eſt ad accuratam Impreſſionem Editionis novæ ad normam veteris, cum Titulis columnaribus etiam in iſta reſpondentibus accuratè illi materiæ, de qua in cujuſque paginæ *columnis* agitur ſeu tractatur, & pariter vocabula DOMINICARUM, FERIARUM, VIGILIARUM, & FESTORUM, ac SANCTORUM, quovis menſe occurrentium, pariter per *Literas*, ut vocant, *capitales*, ſeu *majuſculas* (reliquo characteri tamen proportionatas, ac magnitudine ſua reſpondentes) exprimendo, utì in veteri Editione; de quo monendi *Corrector Typi* & *Typographus*, hujúsque *Typothetæ* ſeu *Characterum Collocatores*, uti & de alijs, de quibus paulò pòſt. Iiſdem ſingulariter inculcandum, ut, quando in hoc ADDENDORUM & CORRIGENDORUM OPUSCULO ij, qui Ephemerologium de novo ſunt edituri, varijs in Locis jubentur aliquid vel *addere*, vel *omittere*, ſeu *demere* in nova Editione, ijdem *Impreſſores*, eorúmque *Directores* ea præcisè *addant*, vel *omittant*, aut *demant*, quæ in hoc *Opuſculo* jubentur *addi*, vel *omitti*, & non plura, aut pauciora, etiamſi unicum duntaxat verbulum de Textu veteris Editionis remaneat retinendum, aut viciſſim unicum tantùm verbulum veteris Editionis Textui alicuj ſit adjiciendum, aut interſerendum. Quia præterea tam in hoc *Opuſculo*, quàm in ipſo *Ephemerologio* de novo imprimendo identidem occurrunt variorum Auctorum *Citationes*, eǽque traditis ab Auctore Aſſertionibus & Doctrinis hinc inde ſubjunguntur,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

idcirco iiſdem *Impreſſoribus* pariter inculcandum, ut ejuſmodi Auctorum *Citationes* Textui præcedenti illas immediatè ſubjungant, etiamſi præcedat punctum, non autem ob præcedens punctum ab eo ſejungant (ùt alioqui ſolent, quando præcedit punctum) eò quòd ſpectent ad antecedentem Textum, tanquam ejus auctoritativa Confirmatio. Iidem monendi ſunt, non ſemper, quando finitur aliquod *Caput*, aut *Titulus &c*, poſt ultimam ejus lineam faciendum eſſe punctum, aut aliam interpunctionem, ſed eſſe ſequendum Exemplar Auctoris, & omittendam eſſe omnem interpunctionem in fine cujuſcunque Tituli, ſi ipſe omittat. Dirigendi quoque iidem Typographi ſunt circa rectè faciendam Syllabarum Diviſionem ſeu Disjunctionem, quando Pars una alicujus vocabuli ſe tenet ex parte præcedentis Lineæ, eámque terminat, Pars verò ejus altera inchoat ſequentem Lineam, ut nempe ea Syllabarum Disjunctio fiat juxta 3. Regulas, quas in *Grammatica Deſpauteriana Lib. 5. Claſſe 1. Cap. 12. Num. 3. f. 644.* tradit SIMON VERREPÆUS, contra quas plurimi ex modernis Typographis peccant.

Ad *Formam*, in qua in Editione ſecunda imprimendus ſit Ephemerologij Liber, quod attinet, optant quidem Viri non vulgaris auctoritatis (ùt monitus ſum Româ) ut, ſi de novo edendum ſit EPHEMEROLOGIUM ECCLESIASTICO-RUBRICISTICUM, illud edatur in *Folio* potiùs, quàm in *Forma*, ùt vocant, *quarta*, ac melior, nitidiorque adhibeatur charta, quàm in prima Editione; ad *Formam* tamen quod ſpectat, alijs præplacet antiqua. Verùm hujus rei Determinatio pendebit ex eorum arbitrio, quorum ſumptibus, & auctoritate, vel juſſu denuo in lucem prodibit *Ephemerologium.*

In quacunque autem *Forma* de novo ſit edendum, accuratiſſimè obſervare oportebit ſequentia:

I. Ut *Tituli columnares* (vulgò die *Columna*-Titul) uniuſcujuſque Paginæ juxta dicta exactiſſimè reſpondeant illi *materiæ*, de qua in ſubjecta ipſis *Pagina* ſeu *columna* tractatur; at quoniam in nova Editione (utpote hinc inde multùm auctâ, ac pluribus in locis à veteri Editione diſcrepatura) in Plerisque ſaltem Paginis & columnis non de eadem ampliùs tractabitur Materia, de qua tractabatur in veteri Editione, ſed in alijs diverſis, ideo DIRECTOR & CORRECTOR *Typi* modis omnibus cavebit, ne illi ipſi *Tituli columnares*, qui extant in veteri ſeu prima Editione, præfigantur Paginis ac columnis Editionis novæ, quando in iſtis non tractatur de illa ipſa materia, de qua tractabatur in Editione prima, ſive veteri, id quod præcipuè circà *Titulos* columnares PARTIS II. eſt obſervandum; nullô autem modô eſt permittendum, ut *Tituli*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*columnares* in ulla Ephemerologij de novo imprimendi Parte omittantur; eò quòd ijs omiſſis, aut perperam expreſſis, ſumma Lectoribus moleſtia crearetur, ob futuram nimis operoſam ac difficilem indaginem in cujuſvis menſis occurrentes DOMINICAS, FERIAS, VIGILIAS, ac FESTA, *Officia*, ac MISSAS *&c*, quæ tamen omnia facillimum erit reperire, ſi *Tituli columnares* debitô modô fuerint expreſſi, & accuratè reſpondeant illi Materiæ, de qua agitur in ſubjecta ipſis Pagina & columna, ut adeò debitè expreſſi futuri ſint Lectoribus Libri inſtar alicujus accurati INDICIS.

II. Curandum, ut in Editione nova tam in citandis qnibuscunque Auctoribus, eorúmque *Libris* & *Tractatibus*, quàm etiam in allegandis Breviarij, ac Miſſalis Romani *Rubricis* ſummum adhibeatur ſtudium, ut citationes illæ omni careant errore ac mendo. Id ipſum quoque, & quidem vel maximè, curandum in citandis ipſius *Ephemerologij* PARTIBUS, TITULIS, LOCIS, ac *folijs*, ſi alicubi, aut aliquando ex ipſomet *Ephemerologio* aliquæ fiant *Citationes*: circa quas tamen ipſius *Ephemerologij* citationes, ac allegationes (ne grandis, & ſummè pernicioſus committatur error) notandum eſt diligenter, quòd, quando in nova ejus Editione citabuntur, aut citari jubebuntur ipſius Ephemerologij *folia* ſeu *paginæ*, item Paginarum *columnæ* (ſi cum columnis imprimetur) & *columnarum*, aut *Paginarum lineæ*, Citationes illæ *Paginarum*, *columnarum*, ac *linearum* nequaquam fieri debeant prout extant, ac reperiuntur defacto in prima *Ephemerologij* Editione, ſed quòd in nova ejus Editione illa *folia*, ſeu *paginæ*, & illæ *columnæ*, ac lineæ novæ Editionis ſint citandæ, in quibus agitur, aut ſaltem agi incipitur de illis *Materijs* ac *Rebus* in nova Editione, de quibus in Editione prima ſive veteri olim in locis, in hoc ADDENDORUM ET CORRIGENDORUM OPUSCULO à me citatis, agebatur, aut agi incipiebatur: Quia enim *Ephemerologium* de novo editum (utpote multis in locis auctum ac immutatum) in ſecunda ſui Editione haud paulò pluribus conſtabit *folijs* & conſequenter etiam *columnis*, & *lineis*, ac *novis* inſuper hinc inde *Materijs*, falſiſſimæ ac deceptoriæ evaderent *Citationes*, ſi *Paginæ*, *columnæ*, ac *lineæ* veteris ſeu primæ Editionis citarentur in Editione nova; eò quòd ſic in nova Editione nec *folia*, nec *columnæ*, nec *lineæ* citatæ, Citationi reſponderent (uti rem vel obiter conſideranti patebit) atq; hoc pacto Editio nova vix non inutilis, ac nullius propemodum valoris evaderet; quod ne cum ingenti eorum, qui Librum, vel emere, vel vendere cupiunt, damno contingat, ſummam is, cuj novæ Editionis Executio, Cura, & Directio committetur, aut eam ultrò in ſe ſuſcipere pro

Bonopublico lubebit, ſummam, inquam, adhibere diligentiam debebit, ut, quando in nova Editione *Ephemerologij* ex ipſomet *Ephemerologio*, in ejus præſertim *novo* INDICE, aut in hoc ipſo ADDENDORUM & CORRIGENDORUM *Opuſculo*, quæcunque loca citabuntur, illa Citatio (quantùm attinet ad *Paginarum*, *Columnarum*, & *Linearum* numerum) non fiat juxta Exemplar *veteris* Editionis, nec juxta Paginarum & columnarum *Numerum*, qui in hoc ADDENDORUM & CORRIGENDORUM *Opuſculo* allegatur, ſed juxta exigentiam ipſius novæ Editionis: quod ut obtineatur, & executioni non admodum difficulter mandetur, neceſse omnino erit, ut is, cui *novæ Editionis* cura incumbet, ſedulò inquirat ac indaget, in quanam novæ Editionis *Pagina* & *columna* jam impreſſa agatur modò de illa *Materia*, cui locis, ex *veteri Editione* in hoc ADDENDORUM & CORRIGENDORUM Opuſculo citatis, in *nova* Ephemerologij *Editione* ex eodem *hoc Opuſculo* vel *addenda*, vel *ſubſtituenda* ſunt ea, quæ in veteri ſeu prima Ephemerologij Editione aut ſunt *omiſſa*, aut *perperam*, vel *minus bene expreſſa*, aut aliter reſpectivè ſunt *immutanda*; id quod deprehendere haud difficulter poterit inſpiciendo citata ex veteri Editione Ephemerologij loca, ijsque inſpectis inſpiciendo poſtmodum *Quantitatem* & *Qualitatem Materiæ*, quæ veteris Editionis MATERIæ in nova *Ephemerologij* Editione ex iſto ADDENDORUM ET CORRIGENDORUM *Opuſculo* vel *addi* de novo debuit juxtà dicta, vel ibi poſitæ *ſubſtitui*; ſic enim facilè unà ſimul deprehendet illarum paginarum, columnarum, & linearum *Numerum*, in quibus agitur in nova Editione de hac vel illa *Materia*, poterúntque in ſecunda *Ephemerologij* Editione, ſine errore citari, dummodo Typi curam gerens diligenter provideat, nè tam Typi Corrector, quàm etiam Typothetæ ſeu Characterum Collocatores, & Impreſſores ſuo deſint officio, ſed loca dictô modô in Editione nova citanda juxta Directionem ac Deſignationem à ſe factam, & non aliter citent ac imprimant, nominatim autem cavendo, ne in nova Editione ille *Paginarum*, *Columnarum*, & *Linearum* numerus citetur, qui tum in hoc *Addendorum* & *Corrigendorum Opuſculo*, tum etiam in ipſo primitùs impreſſo EPHEMEROLOGIO, ac hujus INDICE ab ipſo Auctore citatur, ſed ille, quem nova, & actu ſub prælo verſans *Ephemerologij* Editio requiret: Quòd enim ab Auctore non modò in EPHEMEROLOGIO priùs impreſſo, ejúsque INDICE, ſed etiam in ipſo hoc ADDENDORUM ET CORRIGENDORUM *Opuſculo*, veteris Editionis *Paginæ*, *Columnæ*, ac *Lineæ* citentur, non ideo fit,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quaſi etiam in Editione nova eædem veteris Editionis *Paginæ*, *Columnæ*, ac *Lineæ* cum eodem ſibi adſcripto numero citari debeant in futura de novo *Ephemerologij* Editione ( ſic enim utique Editionis novæ *Citationes* prorſus evaderent ineptæ, erroneæ, ac deceptoriæ Lectorum ) ſed ideo tantùm id factum, ac fieri omnino debuit ab ejus Auctore, ut novæ Editionis Curatores ac Impreſſores ex inſpectione veteris ſeu primæ ab eo factæ Editionis colligere ac deprehendere poſſent, quibusnam in locis in veteri Editione vel fuerit aliquid *omiſſum*, vel in aliquo *erratum*, vel alia juſtâ aut utili ex causâ aliquid *mutandum*, aut *apponendum* occurrat, ut eô deprehenſô in nova modò Editione, quod in veteri omiſſum eſt, *addi*, & quod erratum eſt, *emendari*, ac denique quod immutandum, aut apponendum eſt, *mutari* modò, aut *apponi* ex hoc ipſo OPUSCULO ( in eum finem ab Authore conſcripto ac edito ) poſſit, horum autem Citatio juxta novæ Editionis exigentiam regulari. Unde ulteriùs

III. Curandum eſt ſolicitè, ut locis in hoc ADDENDORUM ET CORRIGENDORUM *Opuſculo* indicatis ea, quæ in nova *Ephemerologij* Editione ex hoc ipſo OPUSCULO partim *addenda*, partim *omittenda*, partim *mutanda*, aut *ſubſtituenda* ab Auctore præſcribuntur, non aliô modô *imprimantur*, ac *exprimantur*, quàm quô in ipſô hoc *Opuſculo* leguntur, ac exprimuntur, eſto in aliquibus hujus Opuſculi locis Auctor ijs omnino contraria tradat, quæ in prima *Ephemerologij* Editione tradidit; eò quòd vel ob edita poſt primam *Ephemerologij* impreſſionem alia Decreta, aut certè ante eam ignorata, vel ob acceptas poſt illam meliores, quàm anteà, circa nonnulla informationes, vel denique ob quoſdam Errores ( ſeriùs ab Auctore animadverſos, quàm ut ab eo, utpote procul à loco impreſſionis commorante, corrigi in tempore potuiſſent ) in primam Editionem irrepentes, neceſſe fuerit alicubi priùs aſſertis contradicere, alicubi verò vel *addere* aliquid in prima Editione traditis, aut ex ibi poſitis *omittere* aliquid, vel *immutare*: & quoniam aliqui modò dictorum Errorum, nimis ſerò adimadverſi, etiam in ipſa ERRATORUM ET CORRIGENDORUM *Folia* [ ſingulis EPHEMEROLOGIJ Partibus, in fine cujuslibet earum, in prima Editione appreſſa ] irrepſerunt, ideo

IV. Curandum, ut tam Corrector Typi, quàm etiam ipſi *Typothetæ* ſeu *Characterum Collocatores*, ac *Impreſſores* ſeriò moneantur, in ſecun- Ephemerologij Impreſſione nullam ipſis habendam eſſe rationem dictorum *trium foliorum*, ERRATA primæ Editionis de Anno 1717.

conti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

continentium, ac proinde non juxta illa *Folia* emendanda eſſe primæ Editionis ERRATA in *Ephemerologij* Editione ſecunda, nec quoad alia in ijs contenta juxta illa ſe dirigere, & in imprimendo regulare ſe debere, ſed omnia eô tantùm modô eſſe imprimenda, ac emendanda reſpectivè, prout in hoc ADDENDORUM ET CORRIGENDORUM *Opuſculo* etiam quoad minima præſcribitur, nec permittendum, ut aliter imprimantur, etiamſi fortè *Corrector Typi*, aliùsve *Typographorum Director* ſibi imaginetur eſſe hîc vel ibi in *Opuſculo* hoc erratum, aut aliter, quàm in eo habetur, hoc vel illud eſſe imprimendum, ne, quod in *prima Ephemerologij* Editione contigit, id etiam contingat in ejus Editione *ſecunda*, ut ſcilicet, dum Typi *Corrector*, vel alius ſibi imaginatur eſſe *Errorem*, quod non eſt *Error*, ſuam Imaginationem ſequendo ſit cauſa mendoſæ Impreſſionis.

Hæc quatuor Capita, ſeu Puncta ſi in ſecunda *Ephemerologij* Editione obſervabuntur, ſperandum omnino videtur, fore, ut, etiamſi primùm poſt mortem Auctoris (jamjam Ætatis annum 74. agentis, & paucos poſt menſes, volente DEO, completuri) in lucem ſit proditurum, id opus evadat omnibus in hoc genere numeris abſolutum, præſertim, ſi novæ Editioni PARS quoque ejus QUARTA (quam, PARATHEMATA EPHEMEROLOGIJ MISCELLANEA, *Ordine Alphabetico fuſiùs digeſta*, continentem, magna jam ex parte pariter pro Typo paratam habet) cum Facultate Superiorum acceſſerit.

Quòd ſi poſt editum hoc ADDENDORUM & CORRIGENDORUM OPUSCULUM aliqua de novo circa RITUS ECCLESIASTICOS, aut celebranda Eccleſiæ Romano-Catholicæ OFFICIA ac FESTA ſtatuentur ac ordinabuntur, tunc etiam illa ſuis locis novæ EPHEMEROLOGIJ Editioni erunt inſerenda, aut, ſi aliter fieri nequeat, in ejus fine, aut Supplemento eidem ſuperaddenda. His præmonitis, ſubjungo nunc Annotationes eorum, quæ in ſingulis 3. Ephemerologij Partibus erunt *Addenda* & *Corrigenda*.

## *ADDENDA & CORRIGENDA* *IN*

# PARTE I.

## *EPHEMEROLOGII*

*in ſecunda ejus Editione.*

*Pag. I.*

*Pag. 1. col. 2. lin. antepenult. pro* Epiphniæ *imprimendum* Epiphaniæ
*Pag. 2. Titulus columnaris charactere curſivo ſic eſt imprimendus*: P. I. Tit. I. De Dominica occurrente in Epiph: ac infra hujus Octav.

| *Pag.* | *Col.* | *Lin.* | *Pro* ſeu *Locô* | | *Imprimendum:* |
|---|---|---|---|---|---|
| 5 | 1 | 24 | *Parentheſis* ( | *fac* | Comma, |
| Ead. | Ead. | 25 | *poſt* Feſtum | *adde* | vel Officium |
| 10 | 1 | 31 | *Poſt* Officium | *adde* | vel ſaltem Commemoratio ùt infrà, |
| 11 | 2 | 16 | | *adde* | Item Bauldry P. 4. C. 2. N. 42. |
| 12 | 1 | 22 | *ante vocem* tunc | | *deletô Semicolô imprimend*: ( uti modò ab anno 1722. in univerſali Eccleſia celebratur ùt infrà Parte II. ) |
| Ead. | 1 | 30 | *Poſt* recogniti, | *adde* | extans immediatè ante Dominicam II. poſt Epiph. |
| Ead. | 2 | 2 | *Poſt* 9. de ead. Lect. | *adde* | in Officio & ult. Evang. in Miſ. |
| 14 | 2 | 36 | *Poſt* Communes | *fac* | Comma, *& adde* quando hæ dicuntur. |
| 16 | 2 | 5 | *Poſt* Titulo. | *adde* | Hîc autem addendum : ab |

Anno 1722. Dominicâ II. poſt Epiphaniam, niſi in eam incidat Dominica Septuageſimæ, vel alicubi *Feſtum 1. claſſis*, celebrandum eſſe de mandato SS. D. N. Innocentij XIII. ſub Ritu *duplici 2. claſs. de Præcepto* in tota deinceps Eccleſia *Feſtum SS. Nominis JESU*, dicendo omnia in Officio & *Miſſa*, prout notantur proprio loco in *Breviarijs* & *Miſſalibus* ab eo tempore editis, aut in eorum Supplementis, vel in peculiari Libello impreſſo, cum Commemoratione Dominicæ II. poſt Epiphaniam in *Officio* & *Miſſa*, nec non cum 9. Lectione de eadem Dominica in *Officio*, & ultimo de eadem Evangelio in miſſa, in qua dicitur *Glor.* & *Cred.* attamen ſinè *Sequentia* poſt Graduale. Præfatio dicitur de Nativit. Domini, ſinè ejus *Communicantes*. Quòd ſi incidat hoc Feſtum in *Dominicam Septuageſimæ*, aut alicubi occurrat in Dominicâ II. poſt Epiphaniam *Feſtum duplex 1. claſſis*, tunc *Feſtum SS. Nominis JESU* transferendum eſt ( attamen in *ſolo Choro* ) in Diem proximam non impeditam, & ſiquidem die illa occurrat *Feſtum ſimplex*, habens propriam Lectionem, dicenda eſt de hoc 9. Lectio in Officio, & in *Laudibus* ac *Miſſis privatis* tantùm facienda eſt de eodem Commemoratio ; ſi autem in caſu ejuſmodi translationis Feſtum ſimplex non occurrat, tunc 9. Lectio hæc erit : *Meritò ſanè &c*, uti notatur in dicto SS. Nominis JESU Officio ante Laudes : ubi & alia.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| *Pag.* | *Col.* | *Lin.* | *Pro* ſeu *Locô* | *Imprimendum* |
|---|---|---|---|---|
| 17 | 1 | 1 | *ante* dicendo *locô Signi* [ fiat | *Signum* ( |
| Ead. | 1 | 6 | *Poſt* ut ibi *locô Signi* ] fiat | *Signum* ) |
| 26 | 2 | 8 | *Poſt* eſt *adde* | de |
| 27 | 1 | 3 | *Poſt* Opere Servili) *adde* | de ijs |
| 30 | 1 | 28 | *Poſt* facienda. *locô* atque ſic *imprimendum*: | Hujus quoq; rei Exemplum |

ſuppeditavit nobis annus 1718. quô quia Dominica VI. poſt Epiphaniam nec poni potuit ante Septuageſimam ( eò quòd anno illo poſt Epiphaniam usque ad Septuageſimam nonniſi quinque Dominicæ ſuperfuerint ) neque etiam poni potuit poſt Dominicam 23. poſt Pentecoſten ; eò quòd eô anno Dominicæ poſt Pentecoſten nonniſi 24. fuerint , ea autem Dominica, quæ in ordine 24. poſt Pentec. juxta Rubric. General. IV. Breviarij n. 4. ſemper debeat eſſe ultima , ideo , ne anno illo contra eamdem Rubric. *n. 3.* omnino omitteretur , anticipata rurſus fuit, ex præſcripto ejusdem Rubricæ n. 4. & 5. quoad *Officium* & *Miſſam* ad Sabbatum Dominicam Septuageſimæ immediatè antecedens, ipſo *Directorio* Romano eam pro die 12. Febr. in hunc modum ordinante :

„a. 12. Sabb. de Dom. 6. poſt Epiph. OFFICIUM fit feriale, ùt in Sabb. cum „2da Antiph. & 3tio Pſalmo: *Jubilate*: Tres verò Lectiones dic. de Homil. „Dominicæ VI. poſt Epiph. Tria Reſponſoria, ùt aſſignantur in Feria IV præ„cedente ( omiſſo Hymno: *Te Deum*) Reliqua ex Sabb. attamen ad *Benedictus* Antiph. *Simile eſt &c*, & Orat. de ead. Dominic. VI. poſt Epiph. *Præſta „quæſumus &c*, Commemorat. de Cruce , & Suffragia Sanctor. *Miſſa* de „ead. Dominica VI. poſt Epiph. cum 2. Orat. *A cunct*. 3. ad libit. ſinè *Glor*. „& *Cred*. Col. virid. in fin. *Benedicamus*. Veſp. ferial. à capit. de Dom. „Septuag. Antiph. ad Magnificat : *Dixit Dominus ad Adam &c.* Orat. „propr. ad Verſ. *Benedicamus Domino* additur duplex *Alleluja* , & deinceps non dic. *Alleluja* usque ad Sabbat. Sanctum, ſed ejus loco in Initio „Horarum &c: *Laus tibi Domine Rex æternæ Gloriæ*. Col. Viol. Atq; „alterutro horum modorum

*Pag.* 31. *Col.* 1. *Lin* 2. *Poſt* Lectionum *fac* Comma, *ac dein adde*: item ibi , ubi nec de alio Feſto 9. Lectionum , ſeu occurrente ſeu translato Feriâ illâ IV. fuit faciendum ) *Ibid. Col. 1. Lin. 2. pro* dictio *imprim*: dictô *Ibid. Col. 1. Lin. 20. Poſt* Dominicæ 4. *adde* poſt *Pag. 34. Col. 1. Lin. 3. Poſt* diebus *omittendum* Comma , *&* *addendum* Hebdomadæ,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. 34. Col. 1. Lin. 4. & 5. Locô* ejuſmodi Dominica *imprim*: aliqua ex dictis Dominicis poſt Epiphaniam. *Ibid. Col. 1. Lin. 7. pro* Scriptura ejuſdem *imprimend.* Scriptura occurrente, legendum eſt de Scriptura illius Dominicæ

*Ibid. Col. 1. Lin. 23. Poſt* n. 6. 7. & 8. *adde*: Praxin ſeu Exemplum hujus rei ſuppeditavit nobis annus 1721. quô ob *Dominicam Septuageſimæ*, incidentem in diem nonam Februarij, Dominicæ poſt Epiphaniam usque ad Septuageſimam non niſi *quatuor*; à Pentecoſte autem usque ad Adventum non niſi *viginti quinque* fuerunt numeratæ, adeoque juxta Rubricam generalem IIII. Breviarij *de Dominicis* n. 3. 4. & 5. OFFICIUM *Dominicæ V. poſt Epiphaniam* anticipari eô annô debuit in Eccleſia univerſali ad *Feriam V.* hebdomadæ IV. poſt Epiphaniam, modô ſub initium hujus Tituli à me traditô, ac declaratô, quô annô ipſummet DIRECTORIUM ROMANUM non tantùm OFFICIUM *Dominicæ V. poſt Epiphaniam*, illô annô ad dictam Feriam V. hebdomadæ IV. poſt Epiph. juxta Rubricas anticipatæ, ſed etiam reliqua ejus hebdomadæ Officia in hunc modum ordinavit:

„e. 2. Febr. Dominica IV. poſt Epiphaniam, PURIFICATIO B. V. M. dupl. „2. claſ. Offic. ùt in propr. loc. & ejus Offic. parv. 9. Lectio de Homil. Dominicæ IV. poſt Epiph. hujúsq; Commemorat. in laud. & Miſſa, in qua Glor. & „Cred. Præfat. de Nativ. Domini, & Evangel. Dominic. in fine &c *f. 3. Fer. 2.* „Blaſij Epiſc. & Mart. Ad Matut. Invitator. & Hymn. de Commun. un. Mart. „Antiphonæ, & Pſal. ferial lectio prima & ſecunda de initio Epiſtol. ad Philippenſ. ex Dominica heſterna (nempe IV. poſt Epiph. eò quòd heri, ob occurrens feſtũ Purificationis habens proprias Lectiones, ejus Epiſtolæ Initiũ „poni non potuerit) Lectio 3. propr. de S. Blaſ. Verſus & Reſponſor. ex I. „Noct. de commun. un. Mart. uti & reliqua deinceps ad Laud. & per Horas „de eodem cõmuni. Dicitur I. Noct. & laud. Defunctor. Miſſa cũ *Glor.* ſinè *cr.* „orat. 2. *Fidelium.* 3. *A cunct &c.* Veſp. de S. Andrea Corſin. Epiſc. & „Confeſſ. &c.

„g. 4. *Fer. 3.* Andreæ Corſini Epiſc. Conf. ſemidupl. Offic. de commun. „Conf. Pont. Lectio I. Noct. Initium Epiſt. ad Coloſſens. ex Fer. curr. Reliqua, ùt in propr. loc. &c. Veſperæ de S. Agatha Virg. & Mart. Commemorat. S. Andr. Corſin. dupl. &c.

„a. 5. *Fer. 4.* Agathæ Virg. & Mart. dupl. min. omnia, ùt in propr. loco. Miſſa propr. cum *Glor.* in in 2. Veſp. Commemorat. S. Dorotheæ „V. & M.

„b. 6. *Feria 5.* de Dominica V. poſt Epiph. Officium eſt Feriale ut in Pſalter: Feria V. per annum; tres verò *lectiones* dic. de Homil. Domini-

„cæ 5tæ poſt Epiph. cum tribus Reſponſorijs ex Feria V. currente, non
„autem (NB) ex *Feria VI. Hebdomada VI. poſt Epiphaniam* ſumendis,
„omiſſo Hymno: *Te Deum*. Reliqua, ut in eadem *Feria V*, per annum:
„Antiphona tamen ad *Benedictus*, uti & oratio, ſumuntur ex Dominica
„V. poſtEpiph. fitque Commemoratio (ſine Lectione) de S. Dorothea,
„uti & de Cruce, cum Suffragijs Sanctor. in Laudib. Miſſa de ead. Domi-
„nica V. poſt Epiph. cum Oratione 2. de S. Dorothea, & 3, *Acunctis*,
„ſinè *Glor.* & *& Cred.* cum *Bendicamus* in fine &c. Veſperæ de S. Ro-
„mualdo Abbate (ſine Commemorat. Dominicæ, ad hodiernam diem an-
„ticipatæ) &c.

„c. *7. Fer. 6.* Romualdi Abb. dupl. min. Offic. de Commun. Conf. non
„Pont. Lectiones I. Nocturni Initium Epiſtolæ I. ad Timoth. ex I. Noctur-
„no Dominicæ V. poſt Epiph. Reliqua, ut in propr. loc. Miſſa cum Glor.
„in 2. Veſperis à capit. de S. Jo. de Matha conf. cum Commem. S. Romual-
„di, dupl. &c. *d. 8. Sabb.* Joannis de Matha Conf. dupl. min. Offic. de
„Commun. Conf. non Pont. Lectio prima I. Nocturni Initium Epiſtolæ
„2. ad Timoth. ex Feria III. poſt Dominicam V. poſt Epiph. Lectio 2. I-
„nitium Epiſtolæ ad Titum ex Feria V. poſt Domin. V. poſt Epiph. Lectio
„tertia Initium Epiſtolæ ad Philemonem, ex Sabbato currente. Reli-
„qua, ùt in propr. loc. Miſſ. *Os Juſti*, cum *Gloria*. in 2. Veſperis Com-
„memorat. Dominicæ Septuag. & S. Apollon. V. & M. Ad Verſ. *Benedi-*
„*camus Domino* additur duplex *Alleluja*, &c. Hæc ex DIRECTORIO
ROMANO ad ſuprà dictum annum, eô potiſſimùm Conſiliô ac fine ex il-
lo hîc à me relata, ut eò clariùs appareret, quomodo ordinandæ ſint Le-
ctiones, dicendæ de Scriptura in I. Nocturno *Officiorum 9. Lectionum*
occurrentium infra aliquam Hebdomadem, in qua juxta Rubricas Bre-
viarij ſuprà relatas *Sabbatô* ante Dominicam Septuageſimæ, *Officiô 9. Le-*
*ctionum* non impeditô, aut (ſi Sabbatum illud ſit *9. Lectionum Officio* im-
peditum) Die alio proximè anteriori taliter non impeditô, faciendum eſt
*Officium* & *Miſſa* reſpectivè (attamen tam hæc, quàm illud *Ritu* ſolum-
modo feriali) de Dominica aliqua poſt Epiphaniam ſuperſtite, quæ, quòd
ſuô propriô locô tali vel tali annô celebrari non poſſit, anticipari eô annô
modô prædictô debet quoad *Officium* & *Miſſam* ad Diem aliquem non
impeditum illius Hebdomadæ, quæ *Dominicam Septuageſimæ* proximè
antecedit, vel, ſi omnes Dies illius Hebdomadæ (ut *aliquando* aut *alicu-*
*bi* contingere poteſt) *Officijs 9. Lectionum* infra eam dicendis ſint impe-
diti, tunc in *Sabbato* illius Hebdomadæ (nempe Septuageſimam imme-
diatè præcedente) dici ſaltem debet *9. Lectio de Homilia illius Domini-*
*cæ* in *Officio novem Lectionum* Sabbatô illô occurrente, cum ultimo Evang.
in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in hujus Miſſa de *eadem Dominica*, fierique inſuper de hac Commemoratio tam in *Miſſa*, quàm in *Laudibus* ejuſdem Officij feſtivi 9. Lectionum occurrentis, *Antiphonam* ad *Benedictus*, & *Orationem* ſumendo ex ipſa Dominica, ad illud Sabbatum anticipata, Verſum verò ex ipſo *Sabbato* currente juxta Rubric. General. Breviar. *Tit. 4. n. 4. & 5. &c.*

Patet enimverò ex allatis, quòd, ſi aliquando *Officio* alicujus Dominicæ, poſt Epiphaniam ſuperſtitis, die ſuo proprio ante ſeptuageſimam ponendo, non ſuperſit locus, ſed ad *Sabbatum*, Dominicam Septuageſimæ immediatè antecedens, Feſto 9. Lectionum non impeditum, aut, ſi Sabbatum illud *Feſto*, vel *Officio 9. Lectionum* ſit impeditum, ad *alium diem anteriorem* taliter non impeditum id debeat, ut ſuprà, anticipari, aut, ſi omnes illius Hebdomadæ Dies, quæ Septuageſimam immediatè antecedit, ſint aliquando, aut alicubi Officijs, aut *Feſtis 9. Lectionum* impediti, adeoque illô annô aut locô *Officium talis Dominicæ* nullo illius Hebdomadæ die (nè Ritu quidem feriali) poni poſſit, ſed fieri ſolummodo Sabbatô illô ante *Dominicam Septuageſimæ* Commemoratio de illa poſſit ac debeat in Officio 9. Lectionum tunc occurrente, *cum 9. de Homilia* ejuſdem DOMINICÆ *Lectione* in *Officio* & *ultimo* de eadem *Evangelio* in *Miſſa*; quòd, inquam, in tali caſu Lectiones I. Nocturni (ſiquidem dicendæ ſint de *Scriptura occurrente* in *Officijs 9. Lectionum* tunc occurrentibus) ſumi quidem debeant ex Ferijs, ſeu *Diebus* illius Hebdomadæ, quæ annô illô Dominicam ac Hebdomadam Septuageſimæ immediatè *antecedit*, attamen nonniſi usque ad illam *diem* ſeu illam *Feriam*, in qua ponitur *Officium Dominicæ anticipatæ*; at verò in *reliquis* deinceps *diebus* ſeu *Ferijs*, in quibus poſt dictum de Dominica anticipata Ritu feriali ac modô ſuprà relatô Officium, fit de *Feſto 9. Lectionum*, Lectiones de S. Scriptura non ampliùs ſumendæ ſint ex *Ferijs*, ſeu diebus illius Hebdomadæ, quæ Dominicam Septuageſimæ eô annô immediatè antecedit, ſed ex ea Dominicâ, ſeu Hebdomadâ, quæ, quoad *Officium* & *Miſſam* ad paulò antè dictam Feriam *currentis Hebdomadæ* fuit anticipata, ità tamen Lectiones Epiſtolarum S. Pauli, de quibus, tam *ante*, quàm *poſt* illam *Feriam*, in *Feſtis 9. Lectionum* in I. horum Nocturno eſt legendum, diſponendo, ut (ſi fieri poſſit) omnia *Initia* Epiſtolarum S. Pauli, tam earum ſcilicet, quæ *ante*, quam etiam earum, quæ *poſt* dictam *Feriam*, ùt dictum, legendæ de Scriptura præſcribuntur in *Feſtis 9. Lectionum*, infrà Hebdomadem ante Septuageſimam occurrentibus legantur, eô utrumque horum modô executioni mandando, quô id fieri juſſit DIRECTORIUM *Romanum* ad annum ſuprà memoratum 1721. infra Hebdomadam 4. poſt Epiphaniam, quam annô illô immediatè ſubſecuta eſt *Domi-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

***minica Septuageſimæ***, item ad annum 1722. ( quô Romæ, uti & in ijs locis, in quibus dies 28. Januarij Feſto 9. Lectionum, ſeu *occurrente* ſeu *translato*, non fuit impedita ) Dominica IV. poſt Epiphaniam anticipata pariter fuit ad Diem 28. Januarij; eò quòd ei ſuô locô ponendæ nec fuerit locus poſt Epiphaniam, nec etiam poſt Pentecoſten eô annô, quô Dominicæ poſt Pentecoſten fuerunt ſolùm 26. usque ad Dominicam I. Adventûs: nam etiam eô annô juxta DIRECTORIUM Romanum *Officium* Dominicæ IV. poſt Epiphaniam unà cum Miſſa anticipatum fuit ad Diem 28. Januarij, quæ erat Feria IV. poſt Dominicam III. poſt Epiphaniam in Urbe & ejuſmodi Locis in hunc modum:

„g Fer. 4. de Dominica IV. poſt Epiph. Col. virid. Officium fit feriale, „ùt in Fer. 4. curr. tres verò Lectiones de Homil. Dominicæ IV. poſt E„piph. cum 3. Reſponſorijs ex I. Noct. ejuſd. Dominicæ ( omiſſo hymn. „*Te Deum laudamus* ) Officium Defunctor. Ad Laudes & per Horas o„mnia, etiam Verſus, de ead. Fer. currente, except. Antiph. ad *Benedictus*: „*Aſcendente JESU &c.* & Orat. propr. quæ eſt de ead. Dominica IV. poſt „Epiph. dicenda etiam per Horas. In ijſdem Laudibus fit ( attamen ſine „Lectione) cōmem. de S. Agnete V. & M. ſecundò. MISSA de Dominica 4. „poſt Epiph. cū ejus Oratione, ſed ſine *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. *Fidelium.* 3. „de S Agnete ſecundò ex Die 28. Januar. Veſp. de ſeq. In Hymno *Iſte Con*„*feſſor* hodie & cras mutatur 3. Verſ. *Col. alb.* Lectiones verò, ſequentibus diebus in Officijs 9. Lectionum in I. eorum Nocturno usque ad Dominicam Septuageſimæ de Scriptura dicendas, idem DIRECTORIUM *Roman.* conformiter Rubricis, & paulò ante Dictis in hunc modum ordinavit:

„a. 29. Fer. 5. S. Franciſci Saleſij Epiſc. Conf. dupl. min. In I. Noct. Le„ctio 1. Initium Epiſt. ad Philippenſ. ex Dominica IV. poſt Epiph. Lectio „2. Init. Epiſt. ad Coloſſ. ut Fer. 3. poſt Dominicam IV. poſt Epiph. Le„ctio 3 Init. Epiſt. 1. ad Theſſalonicenſ. ex Fer. 5. poſt eamdem Domi„nicam IV.

„b. *Fer 6.* S. Martinæ V. & M. Semid. Col. rub. Lectiones I. Noct. de „Epiſt. I. ad Theſſalonic. ùt Fer. 6. poſt eamdem Dominicam IV. poſt Epiph. &c.

„c. 31. Sabbat. S. Petri Nolaſc. Conf. dupl. min. Col. alb. Lectiones „I. Noct. de Initio Epiſt. 2. ad Theſſalonic. ex Sabbato poſt Dominicam „4. poſt Epiphan. &c. Sic, inquam, annô 1722. *Officium* & *Miſſam*, quoad modum & ordinem dicendi Lectiones I. Nocturni in Feſtis 9. Lectionum, quæ poſt Dominicam IV. poſt Epiphaniam, ad Feriam IV. Hebdomadæ III. poſt Epiphaniam ( nempe ad Diem 28. Januar. ) anno illo

anti-

anticipatam, fuerunt anno illo in Eccleſia univerſali celebrata, Directorium Romanum ordinavit. Dixi autem: *Poſt Dominicam IV.* dictô modô *ad Feriam IV. Hebdomadæ III. poſt Epiphaniā* anticipatam; nam diebus *antecedentibus* illam Feriam IV. ad quam prædicta Dominica IV. fuit anticipata, in Feſtis 9. Lectionum occurrentibus, quæ proprias Lectiones in I. Nocturno non habuerunt, non ſumebantur ex Ferijs poſt Dominicam 4tam anticipatam occurrentibus, ſed ex Ferijs *currentis Hebdomadæ 3tiæ poſt Epiph:* ſic tamen diſponendo Epiſtolas Paulinas illius Hebdomadæ 3. currentis, ut nullius illarum Epiſtolarum Initium omitteretur, quoad fieri poſſet: unde cùm Initium Epiſtolæ Paulinæ, Dominicâ 3tiâ poſt Epiphaniam alioqui ponendum, poni eô annô, ob occurrens in ea Feſtum Converſionis S. Pauli Apoſtoli (utpote proprias in I. Nocturno habens Lectiones) non potuerit, ideo Initium illius Epiſtolæ, nempe ad Galatas, poſitum eſt Feriâ II. ſubſequente in Feſto Semiduplici S. Polycarpi Ep. & Mart. in I. hujus Nocturno die 26. Januarij; Feriâ autem III. h. e. 27. Januar. in Feſto S. Joannis Chryſoſt. in I. hujus Nocturno dictæ ſunt Lectiones de Initio Epiſtolæ ad Epheſios, deſumptæ ex Feria IV. Hebdomadæ illius III. poſt Epiphaniam; eò quòd Feriâ illâ IV. ob anticipatam ad illam in Eccleſia univerſali Dominicam IV. poſt Epiphaniam, eô annô poni Initium illius Epiſtolæ Paulinæ non potuerit, nec etiam debuerit penitùs omitti illâ Hebdomadâ III. poſt Epiphan. Dominicam Septuageſimæ immediatè antecedente, per Rubric. general. Breviarij Tit. XXVI. n. 6. 7. & 8. in quibus fundantur hactenus dicta de Modo ordinandi *Officium* & *Miſſam*, quando Dominica III. vel IV. vel V. vel VI. poſt Epiphaniam proprio ſuo Die celebrari ex cauſis ibi expreſſis non poteſt, ſed juxta Rubricam generalem Breviarij Tit. IV. n. 4. & 5. anticipari debet ad aliquam Feriam, ſeu diem illius Hebdomadæ, quæ Dominicam Septuageſimæ immediatè antecedit, uti & Dicta de Modo ordinandi Lectiones, dicendas in I. Nocturno Officij Feſtorum 9. Lectionum, quæ tam *ante* quàm *poſt* ejuſmodi Dominicam anticipatam in ejuſmodi Hebdomade, aut etiam ultimo hujus Die ante Dominicam Septuageſimæ celebrantur. Porrò circa paulò antè cit. Rubric. general. XXVI. id quoque ſingulariter notandum eſt, quòd illa num. 8. circa fin. his Verbis monet: „Quòd ſi fiat de „aliqua Dominica poſt Epiphaniam anticipatè in Feria eo modo, quo di„ctum eſt Tit. IV. de Dominicis n. 4. & 5. tunc *poſt* Officium Dominicæ „anticipatæ in ſequentibus diebus legatur de Epiſtolis S. Pauli aſſignatis „*Dominicæ anticipatæ & eam ſequentibus Ferijs*, omiſſis alijs, quæ ſunt „aſſignatæ præcedenti Hebdomadæ &c. Ex qua Rubrica manifeſtè habetur, lectiones de Scriptura ſeu Epiſtolis S. Pauli aſſignatas *Dominicæ antici-*

*cipa-*

*cipatæ, eámque ſequentibus Ferijs*, nec eſſe legendas *in Ferijs ante* Dominicam anticipatam, nec in ipſa Dominica anticipata, ſi in die, quô de ea fit (nempe Com̄emoratio in Laudibus, & 9. Lectio de ea dicitur in Matutino) fiat Officium de Feſto 9. Lectionum in Sabbato ante Dominicam Septuageſimæ; ſed Lectiones *Dominicæ anticipatæ, eámque ſequentibus Ferijs* aſſignatas de Epiſtolis Paulinis, legendas ſolummodo eſſe *poſt* Officium Dominicæ anticipatæ, Ferijs autem hujus anticipationem antecedentibus eas eſſe legendas, quæ pro currentis Hebdomadæ diebus in Breviario de Epiſtolis Paulinis aſſignantur, circa ponenda tamen earum omnia *Initia* ea obſervando, quæ ſæpius citatæ Rubricæ Breviarij Romani præſcribunt. Atque ità habet Praxis Romana, non ſemel à me obſervata in ejus DIRECTORIJS, nominatim ad annum 1712. ad diem 23. Jan. & 1717. *fol. 6. 7. & 62. &c.*

Quòd ſi verò *aliquando* aut *alicubi* contingat, ut tota Hebdomas ante Septuageſimam ſit *Feſtis* aut *Officijs 9. Lectionum* impedita, adeoque de ſuperſtite aliqua poſt Epiphaniam Dominica nec *Sabbato* ante Septuageſimam, nec *die* aut *Feria alia* infra eam Hebdomadem fieri *Officium* de *ea Dominica* anticipatò poſſit, ſed tantùm fieri queat *Commemoratio* in *Officio* (attamen non niſi in laudibus) ac in *Miſſa* Feſti *9. Lectionum* eô Sabbatô occurrentis, cum nona tamen de *Homilia* ejuſdem poſt Epiphaniam ſuperſtitis *Dominicæ* in Officio *Lectione*, & *ultimo* de eadem *Dominica* in *Miſſa Evangelio*, ùt ſuprà; tunc ſicut ſingulis præcedentibus illius Hebdomadæ diebus Lectiones in I. Nocturno *Feſtorum 9. Lectionum* in ijs occurrentium, ſumi debuerunt de Scriptura ea ipſa Hebdomade occurrente (exceptis tamen ijs 9 Lectionum Feſtis, quæ *proprias* habent in I Nocturno Lectiones) ità etiam in *Sabbato* illius Hebdomadæ, Dominicam Septuageſimæ immediatè antecedentis, Lectiones in I. Nocturno Feſti 9. Lectionum Sabbatô illô occurrentis (ſiquidem proprijs in I. Nocturno careat Lectionibus) de ſacr. Scriptura dicendæ, ſumendæ ſunt ex illa ipſa currente Hebdomade (non autem ex Dominica illa poſt Epiphaniam ſuperſtite, de qua Sabbatô illô Septuageſimam immediatè præcedente fit in *Officio* & *Miſſa* Feſti commemoratio) ità tamen Epiſtolas Paulinas pro *Dominica* & *Ferijs* currentis Hebdomadæ in Breviario Romano aſſignatas rurſus diſponendò, ut (ſi fieri poſſit) omnia Initia Epiſtolarum, pro Hebdomada currente in Breviario aſſignatarum legantur in hujuſmodi caſu, etiamſi aliquando neceſſè ſit *duo* aut etiam *tria* ejuſmodi Epiſtolarum *Initia* pro *prima* & *ſecunda* aut etiam *tertia* Lectione in I. Nocturno occurrentis *9. Lectionum Feſti* ponere; quòd ſi verò *alicubi* aut *aliquando* eveniat, ut (ob occurrentiam v. g. plurium

Fe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Feſtorum duplicium, *proprias* in I. Nocturno habentium Lectiones) infra currentem eam hebdomadem *Initia* omnium Epiſtolarum S. Pauli, pro illa à Breviario aſſignatarum, poni non poſſint, tunc ea Initia, quæ poni non poſſunt, pro illo anno omittantur. Modum procedendi in hujuſmodi caſu (quô nempe ob totam Hebdomadam Feſtis 9. Lectionum impeditam fieri nequit *Officium* de Dominica poſt Epiphaniam ſuperſtite infra Hebdomadam, quæ Dominicam Septuageſimæ proximè antecedit, ſed tantùm fieri de ea poteſt *Commemoratio* &c in illius Hebdomadæ *Sabbato*) vide ſuperiùs Tit. VI. ubi ex *Directorio Romano* ad annum 1712. refero ejus Paradigma.

*Pag. 34. col. 2. lin. 32. pro* quoque *imprimend.* autem *Ibid. col. 2. lin. 34. & 35. pro* ex eadem Dominica anticipata *imprimend:* non ex Dominica anticipata, ſed de Scriptura occurrentis Hebdomadæ,

*Pag. 35. col. 1. lin. 1. pro* quoque *imprimend:* tamen *Ibid. Col. 2. lin. 34. pro* ex eadem *imprimend:* non ex *Ibid. col. 2. lin. 35. poſt vocem* Epiphaniam *loco* puncti *fiat* comma, *& poſt hoc adde:* ſed de Scriptura currentis Hebdomadæ.

*Pag. 36. col. 2. lin. 2. poſt* celebrentur. *adde:* Cæterùm, quæ hoc Tit. VI. P. I. dicta hucuſque ſunt de Modo ordinandi Officium & Lectiones &c, quando Dominica III. vel IV. vel V. vel VI. poſt Epiphaniam (eò quòd earum Officio, propria ſua Die ponendo, nec poſt Epiphaniam, nec etiam poſt Pentecoſten ſuperſit locus) anticipari debet juxta Rubricas, ad aliquem diem illius Hebdomadæ, quæ *Dominicam Septuageſimæ* immediatè antecedit, non perinde quoad omnia procedunt etiam in caſu, quô Dominica II. poſt Epiphaniam, ob occurrentem in ea Dominicam Septuageſimæ anticipari debet (juxta Rubricam Dominicæ I. poſt Epiphaniam præfixam) ad primum Sabbatum poſt Octavam Epiphaniæ, Feſtô 9. Lectionum non impeditum, aut eô taliter impeditô (ut, contingit, quando Dominica Septuageſimæ occurrit die 18. aut 19. Januarij) ad Diem 1. poſt Octavam Epiphaniæ, in qua nullum occurrit *Duplex*; tunc enim Officium illius Dominicæ anticipatæ eô modô eſt ordinandum, quô in paulò antè allegata Rubrica præſcribitur, & à me Tit. IV, hujus I. Partis ſuprà pluribus declaratur, unà cum ſua *Miſſa*.

*Pag. 38. col. 1. lin. 14. poſt* Sacerdotis *locô* puncti *fiat* comma, *& poſt hoc adde:* niſi facienda ſit Commemoratio de Feſto ſimplici ſimul occurrente; tunc enim 2. Oratio eſt de ſimplici, & 3. A Cunctis, nec additur quarta, niſi dicenda ſit quartô locô aliqua imperata ad Tempus à ſuperiore. Porrò

C *Pag.*

*Pag. ead. col. 1. lin. 14. pro*: circa has *imprimendum*: circa prædictas

*Ibid. col. 1. lin. 35. poſt* devotione. *adde*: Errant autem illi (ut ex eod. Gav. infert P. Conſtantin. Hagerer Ord. Minor. S. Franc. Reform. in Libello infrà citando) qui, niſi ſpeciale habeant Privilegium, aut eos excuſet Conſuetudo legitimè introducta, in aliena Eccleſia celebrantes Nomen *Patroni ſuæ Eccleſiæ* exprimunt: item illi, qui Nomen *Patroni Diœceſani*, vel, ſi ſint Regulares, *S. Fundatorem ſui Ordinis*, aut *ſuæ Patronum Provinciæ* nominant: præterea etiam illi Regulares, qui ante Apoſtolos Nomen ſui *Fundatoris*, & ad N. Nomen *Patroni ſuæ Eccleſiæ* exprimunt, aut vice verſa ante Apoſtolos Nomen *Patroni* (qui non eſt *S. Michaël*, vel S. *Joannes Baptiſta*) ad N. ſuum *Fundatorem*, vel etiam *alium Sanctum* nominant pro ſua devotione: ac denique etiam illi, qui, nomine v. g. S. Michaëlis, aut S. Joann. Baptiſtæ ritè ante *Apoſtolos* expreſſo, poſt Iſtos inſuper Nomen ſui *Fundatoris* (citra ſpeciale Privilegium, aut legitimam conſuetudinem) pronuntiant.

*Pag. 39. col. 2. lin. 11. poſt* Significat. *adde*: Dixi autem: *regulariter etiam in Feſtis Semiduplicibus dici tres Orationes*, non quòd ex quoque Miſſæ, quæ Ritu ſemiduplici dicuntur, neceſſariò ac univerſaliter Numerum *imparem*, aut tantùm *tres* præcisè Orationes requirant (uti numerum *imparem & ſaltem tres Orationes* extra Tempus Paſſiô. requirunt, quæ *Ritu ſimplici* celebrantur) ſed tantùm *ordinariè, ac per ſeloquendo*; niſi ſcilicet, ratione faciendarum plurium ſpecialium Commemorationum, Commemorationi *primæ* aut *ſecundæ*, adeoque orationi *tertiæ* adjicienda ſit *quarta*, v. g. in caſu, quo *Feſto ſemiduplici* occurrente in Adventu, aut Quadrageſima ſimul occurrit *Vigilia* & *Feſtum ſimplex*; quia enim tunc in *Miſſis privatis* de tali *Feſto ſemiduplici* dicendis, non tantùm facienda eſt commemoratio (& quidem omnium prima) de *Feria* currente *majori Adventûs*, aut *Quadrageſimæ*, ſed etiam *ſecunda* de *Vigilia*, & *tertia* de occurrente inſuper *Feſto ſimplici*, ideo dicendæ omnino ſunt in tali *Feſto ſemiduplici* in Miſſis privatis neceſſariò univerſim 4. Orationes, nec tamen his *quatuor* addenda eſt inſuper *quinta*, niſi fortè quædam alia facienda foret *ſpecialis* Commemoratio, aut dicenda inſuper Oratio *Deus refugium*, aut alia ſimilis à ſuperiore indicta. Ratio autem horum omnium eſt; quia in Miſſis de *ſemiduplici*, quando *plures* Orationes, quàm *tres*, in ijs dici debent, non eſt neceſſariò *numerus impar* complendus, prout fit, ac fieri debet in *Miſſis votivis privatis*,

*tis*, alijsque, quæ *Ritu ſimplici* ùt ſuprà dicuntur. Hac eadem de cauſa, quando in *Feſto ſemiduplici* (v. g. 19. Januarij) occurrit ſimul *Dominica anticipata*, & *Feſtum ſimplex*, Oratio 2. dicitur de *Dominica anticipata*, 3. de *ſimplici*, nec additur quarta aut quinta, v. g. illæ, quæ alioquin 2. & 3. locô in ſemiduplicibus illius Temporis dicendæ præſcribuntur: Quia, ùt expreſſè Gavant. To. 1. P. 1. Tit. 9. in Rubric. gener. IX. de *Orationibus in Miſſa dicendis* n. 12. tradit, *Orationes plures tribus non dicuntur in SEMIDUPLICIBUS, niſi ob commemorationes in ÿs faciendas.* Hinc ſi in *Feſto ſemiduplici* occurrat ſolummodo *Dominica anticipata*, aut tantùm *Feſtum ſimplex*, tunc 2. Oratio dicitur de illa *Dominica*, aut illo *Feſto ſimplici*. 3. autem Oratio tunc debet eſſe ilia, quæ alioquin in ſemiduplicibus illius Temporis dici ſolet, ac debet *ſecundo* locô.

Idem eſt, ſi *ante* Quadrageſimam *Feſtum ſemiduplex*, etiam tranſlatum, occurrat in *Vigilia S. Matthiæ*; tunc enim in *Miſſis privatis* Feſti illius ſemiduplicis Oratio 2. eſt pariter de *Vigilia*, 3. autem illa, quæ alioquin in ſemiduplicibus illius Temporis 2. locô dici ſolet, nempe *A Cunctis*. Dixi autem: *in Miſſis privatis*; nam in *Eccleſÿs Collegiatis* & *Cathedralibus* cantantur tunc 2. *Miſſæ Conventuales*, una de Feſto poſt TERTIAM (in qua Oratio 2. A *Cunctis*. 3. ad libitum) Altera de *Vigilia* poſt NONAM, cum Oratione 2. *Concede*. 3. Eccleſiæ, vel pro Papa, ùt infrà hac *P. I. Tit. XI. §. 6.* item *P. II. Tit. 2. die 4. & die 23. Febr.* ac denique *P. III. Tit. 6. §. 11.*

*Ibid. col. 2. lin. 16. poſt Vocem* poteſt *adde*: quidem eô locô

*Ibid. col. 2. lin. 17. poſt* Superiore *fiat* comma, *& poſtea adde*: v. g. Pontifice, vel Epiſcopo

*Ibid. col. 2. lin. 18. poſt ſignum* ] *adde*: non tamen neceſſariò debet eô locô, nempe tertiô, dici ejuſmodi Oratio à Sacrificante, ſed dicta tertiô illo locô ad libitum ſuæ devotionis alia quapiam Oratione, poteſt ejuſmodi Orationem à ſuperiore ad Tempus præſcriptam dicere quartô locô,

*Ibid. col. 2. lin. 23. poſt* Votivis. *adde*: Illud quoque notare hîc juvat, quòd etiam in ijs Miſſis, quæ alioquin vi Rubricarum Miſſalis *tertiam* Orationem non admittunt, ſed duas tantùm (cujuſmodi ſunt Miſſæ, quæ dicuntur in Dominica *Judica*, ac Tempore Paſſionis de Feria currente) Oratio hujuſmodi à legitimo ſuperiore imperata dici poſſit ac debeat *tertio* locô, quia etiam reſpectu *talium Miſſarum* ejuſmodi Oratio juxta ſuperiùs dicta habetur pro non adjecta. Vid. P. Conſtantin. Hagerer in Append. de *Ritu ſervand. in celebrat. Miſſ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*priv. Tit. 3. de Orat. §. 1. à f. 286.* Igitur (ut hactenus dicta in Compendium redigam) circa dicendas in Miſſa hujuſmodi *Orationes ſupernumerarias* (unam vel plures) à Superiore Eccleſiaſtico ex gravi cauſa extra ordinem quandoque indici ſolitas, in Praxi ità eſt procedendum, ſcilicet 1. ut omittantur in *Feſtis duplic. 1. claſſis* & regulariter etiam in *Feſtis duplicibus 2. claſſis*, ſaltem in *Miſſa ſolenni*, 2. ut omittantur in *Dominica Palmarum*, & in *Vigilia Pentecoſtes*, nec non in *Miſſis de Requiem.* 3. ut, quando ſunt dicendæ Diebus paulò antè non exceptis, dicantur debitô locô ac modô, h. e. poſt omnes Orationes pro Die currente à Miſſali Romano præſcriptas, ità, ut nulla earum, quæ in Miſſa currentis Diei ex præſcripto Rubricarum Miſſalis Romani alioquin ſunt dicendæ, omittatur à celebrante, nec locô Orationis à Miſſali præſcriptæ dicatur Oratio ſupernumeraria à ſuperiore ad aliquod Tempus præſcripta. 4. ut in Miſſis, quæ *Ritu ſimplici* dicuntur, adeoque ex præſcripto Rubricarum Miſſalis extra *Tempus Paſſionis* univerſaliter requirunt, ut earum Orationes *numero impari* dicantur, Orationi *tertiæ* ejuſmodi Miſſarum in caſu, quo inſuper ex Præſcripto ſeu Mandato Superioris Eccleſiaſtici dicenda eſt Oratio *Deus refugium &c*, aut alia hujuſmodi ſupernumeraria, non tantùm *quartô locô* adjungatur Oratio iſthæc ſupernumeraria, ſed inſuper adhuc alia ex ijs, quæ habentur in fine Miſſalis, ſi alioquin *numerus Orationum* talis Miſſæ non evaderet *impar*, qualis tamen evaderet in tali Miſſa, ſi non tantùm una, ſed duæ orationes dicendæ forent ex Superioris Mandato, uti 1721. contigit in noſtra hac Diœceſi, dum à Celſiſſimo Loci Ordinario Clero ſibi ſubdito injunctum fuit, ut pro eligendo novo Pontifice Orationibus ſolitis Miſſarum illius Temporis adjiceret *Collectam ex* Miſſa votiva, cuj Titulus: *Pro eligendo ſummo Pontifice*, & inſuper etiam ad obtinendam Auguſtiſſimo Carolo VI. Imperatori ex Auguſtiſſima Conjuge maſculam Succeſſionem ſuperadderet collectam: *Ineffabilem miſericordiam tuam, &c*, extantem in Miſſa, cuj Titulus: *Pro quacunque neceſſitate*, & incipit: *Salus Populi ego ſum &c.* TEMPORE *Paſſionis verò*, uti & *infra Octavam Paſchæ*, & *Pentecoſtes*, illis Diebus, quibus in Miſſa de Feria currente illius temporis dicuntur ex Præſcripto Miſſalis alioquin nonniſi duæ orationes, *Oratio ſupernumeraria* à Superiore indicta (ſeu una, ſeu plures) ſuperaddenda eſt duabus illis alijs à Miſſali pro Feria currente præſcriptis poſt utramque à Miſſali præſcriptam. In *Semiduplicibus* denique illis, in quorum Miſſis infra annum ex Rubricarum præſcripto *tres* debent dici regulariter Oratio-

nes, *Oratio ſupernumeraria*, à Superiore indicta, dicenda eſt *quartò locô*, nec ei ſuperaddenda eſt (uti in *Feſtis ſimplicibus*) *Oratio quinta*, niſi fortè propter indictam à ſuperiore inſuper aliam *Orationem ſupernumerariam* dictæ quartô locô ſuperaddenda ſit *quinta* Oratio, uti contigit annô ſuprà dictô 1721. Hic idem modus dicendi Orationes extra ordinem à ſuperiore Eccleſiaſtico præſcriptas obſervandus eſt in Miſſis illarum quoque Octavarum, in quibus *diebus infra Octavam* dicendæ ſunt ex Rubricarum præſcripto *tres* tantùm Orationes in Miſſa currentis diei. *Dominicis* verò *infra aliquam Octavam* occurrentibus, in quibus Oratio *tertia* non dicitur ex Rubricarum præſcripto, Oratio à Superiore præſcripta duabus illis eſt pariter ſuperaddenda, quia in ſimilibus habetur pro non adjecta, Vid. Gav. To. 1. P. 1. Tit. 9. n. 12. ante lit. F. ubi inter alia monet: *Plures tribus Orationes non eſſe dicendas in Semiduplicibus, niſi ſit* facienda *Commemorat.* Idem ibid. n. 16. addit: In ijs Miſſis, in quibus tertia oratio eſt *ad libitum*, orationem ſupernumerariam à ſuperiore præſcriptam dici poſſe vel locô *tertiæ orationis ad libitum*, ſinè alia ſuperaddita, vel ſi libeat tertio loco dicere aliam diverſam, poſſe orationem à ſuperiore præſcriptam ſuperaddi *tertiæ* illi *quartô* locô. Hucuſque dictis addit Bauldry:

*Pag. 40. col. 1. lin. 24. & 25. pro* deciſum ferunt à S. R. C. *1684.* 2. Decembr. *imprimend:* alibi oſtendo. *Ibid. col. 1. lin. 28. poſt vocem* aliquo *adde:* (attamen Canonizato)

*Ibid. col. 1. lin. 31. poſt* votivis *fiat* Comma, *& poſt hoc adde*: attamen poſt Orationem *A Cunctis*, adeoque tertiò locô, etiamſi ſit de *SS. Trinitate*, vel *S. Spiritu*, aut *Ven. Sacramento* &c. *Arnaud. Epit. T. 1. P. 1. Tit. 7. n. 6.* rectè tamen ibid. addens: in *Orationibus votivis*, h. e. illis, quæ ultra præſcriptas *quarto* & *quinto locô* in Miſſis *Ritu ſimplici* celebratis dicuntur, obſervandum eſſe circa ejuſmodi ſupernumerarias Commemorationes *Ordinem dignitatis*, à MISSALI Rubrica General. VII. n. 5. præſcriptum, ut ſcilicet Oratio de *SS. Trinitate*, de *S. Spiritu*, de *SS. Sacramento*, *de S. Cruce* dicatur ante votivam de *B. Maria*, *& de Angelis*, ac Oratio de *S. Joanne Baptiſta* ante *Apoſtolos*, & ſimiliter in alijs.

*Ibid. col. 2. lin. 32. pro* ferunt eſſe reſponſum à S. R. C. *imprimend:* alibi annotatum reperies. Excipiuntur tamen 2. caſus. de quibus mox, & P. ultima in INDICE. *Ibid. col. 2. lin. 33. omitte*: (1688. 16. April. & 29. Julij.

*Ibid. col. 2. lin. 35. poſt* item *adde*: P. ult. in INDICE, lit. O. verbô:

*Orat.*

*Orationem contra Paganos*, ubi *primò* excipitur Caſus, in quo ORATIO *contra Paganos*, aliæque ſimiles etiam tunc ſunt dicendæ, quando dicitur Oratio *A Cunctis*, vel *Eccleſiæ tuæ &c.* nec non alius caſus in quo ipſum RITUALE *Romanum* Tit. *De Proceſſionibus tempore belli fol. 302. & 304. in* ORATIONE *contra Paganos* ( deſumpta ex *Miſſa votiva contra Paganos* ) jubet in caſu, quo Bellum eſt contra *Turcas vel Hæreticos*, mutare Nomen *Paganorum* in Nomen *Turcarum* vel *Hæreticorum* ; ac denique

*Pag. 60. col. 1. lin. 5. poſt* 9. Lectionum *adde* : ( quod non ſit 1. vel 2. claſſis )

*Pag. 61. col. 1. lin. 13. poſt* ardere. *adde* : Cineres autem poſt hujus Diei *Incinerationem* remanentes deponi debent in Sacrarium ( vulgò *Piſcinam ſacram* ) ùt monet Bauldry P. 4. c. 4. art. 3. n. 3.

*Ibid. col. 1. lin. 17. poſt verbum* exceptis. *adde* : In *Miſſa* tamen *majore* utuntur hodie Diaconus & Subdiaconus *Planetis plicatis*. Ab hac quoque Die uſque ad Fer. V. in Cœna Domini in *Miſſis de tempore* ſilent Organa, exceptis *Feſtis ſolemnibus*, & Dominicâ IV. Quadrageſimæ ( quæ ab Introitu ejus Miſſæ dicitur *Lætare* ) in quibus pulſantur.

*Ibid. col. 1. lin. 29. poſt* manibus. *adde* : Porrò celebrans, qui diſtribuit ſacros *Cineres*, detecto capite diſtribuet. Quod ipſum etiam obſervandum eſt in diſtributione *Candelarum* die 2. Februar. & in diſtributione *Palmarum* Dominicâ in Palmis.

*Pag. 63. col. 1. lin. 18. poſt* Defunctis *omiſſô* Commate *adde* : ( niſi ratione occurrentis *Vigiliæ* S. Matthiæ Oratio 2. diei debeat de *Vigilia*, & 3. ſeu ultimô locô Oratio *A Cunctis* )

*Pag. 65. col. 1. lin 21. poſt* n. 2. *adde* Vid. dicenda infrà Tit. 29. ante fin.

*Pag. 70. col. 2. lin. 31. poſt* Ferijs *adde* quartis *Ibid. col. 2. lin. 35. poſt* Graduales *adde* : ùt

*Pag. 76. col. 2. lin. 21. poſt* Occurrentibus. *adde* : Rationem utriuſque vide apud Gavant. To. 1. P. 1. Tit. 9. n. 8. & To. 2. ſect. 6. c. 12. n. 1. 2. 3. & 8. ubi etiam aſſignat Cauſam, cur ad *Completorium & Horas minores*, nec non ad *Invitatorium* in OFFICIO *de Tempore* ( non item in OFFICIO *de Sanctis* ) in omnibus *Reſponſoriys* omittatur *Gloria Patri &c*, uti & ad *Invitatorium* in Matutino. Vide etiam dicenda inferiùs Tit. 62. de Sabbat. ante Dominicam I. Advent. poſt init.

*Pag. 79. col. 2. lin. 11. poſt* tunc *adde* juxta Rubric. general. IX. Miſſal. n. 5.

*Pag.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. 87. col. 1. lin. 14. poſt* Ramorum *omiſſo* Commate *adde:* (Capite detecto à Celebrante facienda)

*Pag. 88. col. 1. lin. 1. poſt* Benedictionem *adde* (quia Auctor *Benedictionis* extinctus legitur) *Ibid. col. 1. lin. 2. poſt* Vobiſcum, *adde:* in deteſtationem malè ſalutantis Judæ,

*Ibid. col. 1. lin. 3. poſt* Domine *fiat* Semicolon, *& poſt hoc adde:* quòd (ùt notat Gavantus) Chriſto, utpote in *Paſſione* inglorio, etiam in hujus Lectione *Gloria* non detur. In *Miſſis privatis* tam hodie, quàm ſequenti Feriâ III. & IV. legitur Paſſio in Cornu Evangelij.

*Ibid. col. 1. lin. 5. poſt* Incenſum *deleto ſemicolo adde:* initiô Paſſionis; quia fervor Devotionis Chriſto patiente in Apoſtolis intepuit, *Durand. & alij apud Gavant. To. 1. P. 4. Tit. 7. n. 20.*

*Ibid. col. 2. lin. 3. poſt* Librum *omiſſo Commate adde:* (non tamen initiô Paſſionis, ſed initiô poſtremæ Partis illius, cum hujus Incenſatione)

*Pag. 89. col. 1. lin. 28. poſt* nec *dele* denique *Ibid. col. 1. lin. 29. poſt* Librum *locò puncti, fiat* Comma, *& poſt hoc adde:* nec Miniſter dicit *Laus tibi Chriſte*; eò quòd CHRISTO (ùt notat Gav. To. 1. P. 1. Tit. 10. fin.) *Dies Paraſceves* fuerit Dies *Improperij*, non *Laudis*.

*Ibid. col. 1. lin. 31. poſt* Paſſio *adde* (uti hîc ex Paulo Comitolo expreſſè tradit Gav.)

*Ibid. col. 2. poſt lin. 11. ab initio addendum:* Quid agendum, ſi *Proceſſio* alicubi extra Eccleſiam exire nequeat? Quid item, ſi Cantores deſint ad cantandam PASSIONEM? Vide apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 7. n. 24. & 25.

*Pag. 95. col. 2. lin. 20. pro:* L. 10. c. 24. *imprimend:* To. 2. l. 1 c. 25.

*Pag. 103. col. 2. lin. 4. pro* Sedum *imprimend:* Pedum

*Pag. 105. col. 1. lin. 1. pro* Crucis *imprimend:* Cruci,

*Pag. 106. col. 1. lin. 19. poſt* Librum *fiat* Comma, *& poſt hoc adde:* nec Miniſter reſpondet: *Laus tibi Chriſte* per *Rubric. General. X. Miſſal. fin.* Rationem dedi ſuprà *Tit. 19.* Circa ORATIONES, quas Lectæ à ſe *Paſſioni* hodie Celebrans Rem Divinam ſubjungit, notandum eſt: *Defuncto Pontifice* omittendum eſſe illud *Oremus*, & illam *Orationem*, in quibus fit mentio de *Pontifice*; defuncto autem *Imperatore* dicendum eſſe: *Oremus & pro Romano Imperio, ut DEUS &c.*

*Pag. 110. col. 1. lin. 26. pro* acceduntur *Imprimend:* accenduntur,

*Pag.*

*Pag. 112. col. 1. lin. 25. poſt* Baptiſmalis *ante Comma adde:* Benedicitur,

*Pag. 117. col. 1. lin. 37. pro:* Saato *imprimend:* Sabbatô *Ibid. col. 2. lin. 12. pro* omnio *imprimend:* omnino

*Pag. 118. col. 2. lin. 6. poſt* Choro ) *adde:* earúmque Antiphonas finales;

*Pag. 118. col. 2. lin. 9. poſt* datur *fiat* Comma; *& poſt hoc adde:* quamdiu durat Tempus Paſchale, uti nec in Dominicis per annum à primis earum Veſperis, quæ, quia extra Quadrageſimam non dicuntur etiam Diebus Jejuniorum ante prandium, ideo finito Tempore Paſchali non ampliùs ſtandum eſt Diebus Sabbatinis ad ſignum Angelicæ Salutationis in *meridie*, quando in Sabbatum incidit *Jejunium de præcepto*, alicujus e. g. *Vigiliæ*, vel *Sabbati quatuor Temporum* ( v. g. pridie SS. Trinitatis ) quia nec ampliùs currit Tempus Paſchale, nec etiam *Quadrageſimale*, quô ſolô Jejuniorum diebus dicuntur Veſperæ ante prandium, non autem alijs infra annum. Sed de hoc plura inferiùs Tit. 29. ante fin.

*Ibid. col. 2. lin. 13. poſt* neceſſitatibus *adde:* ſemper

*Ibid. col. 2. lin. 14. poſt* omnibus, *adde:* etiam tempore Paſchali

*Ibid. col. 2. lin. 16. poſt* etiam *adde:* Tempore Paſchali,

*Pag. 119. col. 1. lin. 14. pro* Pheſa *imprime* Pheſhha

*Pag. 122. col. 2. lin. 20. & 21. poſt* fecit Dominus &c, *adde:* Quæ ANTIPHONA, dum *per Octavam Paſchæ*, non modò ad *Laudes*, ſed etiam ad cæteras *horas canonicas* canitur, omnes ſeſe erigere, atque adeò ſurgere, ac ſtare debent; ità enim ( Teſte Dominico Macro in *Hierolexico V.* ANTIPHONA ) Praxis omnium URBIS Baſilicarum habet.

*Pag. 124. col. 1. lin. 20. poſt* dicatur *adde:* in

*Ibid. col. 1. lin. 29. poſt* afferendam *locô Puncti fiat* Comma, *& poſt hoc adde:* uti nec ad *Benedicamus Domino*, ſi hoc juxta exigentiam *Miſſæ ejaſmodi votivæ ſolemnis* in hujus fine ſit decantandum. *Arnaud. in Epit. Tr. 1. P. 4. Tit. 17. n. 5. cum Gav. To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 12. &c.* Hodie quoque prohibentur *Miſſæ quæcunque* in ORATORIJS *privatis*, alioquin in ijs ( exceptis *ſolemnibus Feſtis* ) ex Privilegio Apoſtolico legi conceſſæ. An verò etiam Feriâ II. & III. Paſchæ in ijs ſit prohibitum celebrari, vide infra *P. III. Tit. 9.*

*Ibid. col. 2. lin. 9. pro* Allel *imprim:* Alleluja;

*Pag. 127. col. 1. lin. 35. poſt* Collocandus ) *adde:* accendatur

*Pag. 129. col. 2. lin. 11. poſt* Officium *adde:* de Ven. Sacramento, vel

*Ibid.*

*Ibid. col. 2. lin. 17. poſt* earumdem *adde:* VERSUS

*Pag. 131. col. 2. lin. 33. pro:* quod Navaro *imprim:* apud Navarr.

*Pag. 135. col. 2. lin. 4. pro:* Feſtum 2. claſſ. *imprim.* Feſtum anterius 1. claſſis.

*Pag. 140. col. 1. lin. 35. poſt* quæ *adde:* ex Auguſtino Oldoino noſtro in Additionib. ad To. 2. Ciacc. & Alijs. *Ibid. col. 2. lin. 2. poſt* Ritus *adde:* æqualis, aut etiam inferioris, vel ſaltem

*Ibid. col. 2. lin. 3. poſt* in fin. *adde:* Cùm verò ob Rationes paulò antè à me inſinuatas Aliqui haud immeritò mecum dubitarent ſuper legitima ac ſatis authentica hujus Officij pro tota Germania Conceſſione, unus eorum non dubitavit hujus Dubij, uti & aliorum quorumdam, à Curia Romana Reſolutionem petere, à qua 2. Dec. 1719. reſponſum eſt: In Secretario ſeu Tabulario Sacr. Rit. Congr. DECRETUM circa conceſſum *Officium de Lancea & Clavis CHRISTI*, non reperiri, *attentô, quòd Regiſtrum Decretorum incipiat ab anno 1602. uſque ad præſens Tempus.* Unde illorum ſaltem ruit Sententia, qui hujus Feſti ad Libitum per Germaniam ſub Ritu *duplici majore* celebrandi Indultum tribuunt INNOCENTIO XI. aut alij Sæculi proximè præcedentis Pontifici.

*Pag. 142. col. 1. lin. 1. poſt* in Miſſa *mutato* Commate *in Parentheſin adde:* ( excepto forſan caſu mox referendo )

*Ibid. col. 1. lin. 15. poſt* præcedentis, *adde:* Occaſione *Evangelij* hodiernæ Dominicæ, juxta paulò ante dicta in fine Miſſæ *dicendi*, quando *Feſtum duplex* in modò dictam *Dominicam II. poſt Paſcha* incidit, referendus mihi hoc locô, ac reſolvendus eſt Caſus, quem Religioſiſſ. ac Doctiſſ. quidam Societatis noſtræ in Polonia Theologus, datis ad me 10. Jul. 1719. Toruniô huc literis, in hæc mihi verba propoſuit:

„In Dominicam II. poſt Paſcha anni labentis incidit Feſtum S. A„dalberti Regni hujus *Tutelaris*, cujus Evangelium totô hoc Regnô „idem eſt, quod memoratæ Dominicæ, nimirum *Ego ſum Paſtor bo„nus.* Caſus hic huic loco particularis nullibi ſatis videtur expreſ„ſus, atque adeò Varias hîc & nunc reſolutiones eſt nactus. Alij „enim ſecuti Rubricam expreſſam de *Collectis paribus* commutârunt „Evangelium proprium S. Adalberti cum Evangelio de communi Mar„tyrum Tempore Paſchali: *Ego ſum Vitis* &c. Alij fundamentum „quoddam, licèt non ſatis perſpicuum, nacti ex Gavanto, intermiſe„runt prorſus Homiliam & Evangelium illius Dominicæ in Officio & „Miſſa. Dubium verò adhuc manet in integro &c. Ità ad me præ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictus ille R. Pater, petens à me ſic propoſiti à ſe Caſus Reſolutionem, cuj reſpondi: Pro utralibet ab ipſo relata Sententia, haud temere in Praxin deducenda, fundatas omnino occurrere mihi Rationes, quas etiam in meis ad ejus Epiſtolam Reſponſorijs expreſſi; quia verò in ipſo Ephemerologio hoc meo hac ipſa P. I. Tit. 66. (qui eſt de *Dominica* & *Hebdomade III. Adventûs*) ipſius S. R. C. auctoritate deciſum reperio, quomodo in Caſu, mihi propoſito ſimillimo, ſit procedendum, ideo eodem quoque modo in caſu mihi propoſito cenſeo procedendum. Ajo igitur: Quemadmodum in caſu, quô Feſtum EXPECTATIONIS B. V. MARIÆ (ex indulto Sedis Apoſtolicæ 18. Dec. in nonnullis locis celebrari conceſſum, uti infrà P. II. Tit. 12. Die 18. Dec. dicetur) incidit in *Feriam IV. quatuor Temporum* menſe Decembri, nec in *Officio* dicitur *9. Lectio de Homilia in Evangelium* illius *Feriæ*, nec in fine *Miſſæ Feſtivæ* dicitur *Evangelium* ejuſdem *Feriæ*, ſed *Evangelium S. Joannis*, non obſtante, quòd alioquin juxta communes Rubricas, quando *Feſtum 9. Lectionum*, etiam 1. *claſſis*, incidit in *Feriam quatuor Temporum*, dici debeat in *Officio* 9. *Lectio de Homilia in Evangelium* talis *Feriæ*, & in fine *Miſſæ* dici *Evangelium* ejuſdem *Feriæ*, & id non alia de cauſa, quàm quòd idem Evangelium, quod de Feria 4. Temporum currente legendum eſſet in fine Miſſæ, in caſu, quo Feſtum *Expectationis* incidit in *Feriam quartam quatuor Temporum* (nempe *Miſſus eſt Angelus Gabriel &c.*) jam fuerit lectum in Miſſa illa *Feſti Expectationis*, ità etiam ob eandem Rationem in caſu, quô Feſtum S. Adalberti incidit in Dominicam II. poſt Paſcha cenſeo procedendum, adeoque nec tunc in *Officio* dicendam eſſe 9. Lectionem de Homilia in Evangelium modò memoratæ Dominicæ, nec in fine *Miſſæ* (quam S. Adalbertus propriam habet) dicendum illius Evangelium; eò quòd Evangelium illius Dominicæ (utpote idem cum Evangelio Feſti) jam fuerit lectum initiò illius Miſſæ, ac proin jamjam obtentus finis intentus per Rubricam de non omittendo Evangelio Dominicæ currentis in Miſſa Feſti in ea occurrentis. Licèt autem in tali caſu nec in Officio, nec in fine Miſſæ legendum illud ſit, facienda tamen eſt tam in *Officio*, quàm in *Miſſa feſtiva* Commemoratio occurrentis illius Dominicæ, juxta ea, quæ tradit Gav. To. 2. Sect. 3. c. 5. n. 5. & c. 11. n. 37.

*Pag. 144. col. 2. lin. 15. poſt* S. Raphaëlis *adde*: Quòd ſi Dominica celebrando huic Feſto per ſpeciale Sedis Apoſtolicæ Indultum deputata aliquando Feſto *altioris* Ritûs (v. g. *Dedicationis Templi*, aut *Patrocinij*, alióve 1. aut 2. claſſis) in ea occurrente, ſeu ſtabiliter

liter, ſeu non ſtabiliter ſit impedita, tunc in ejuſmodi loco, aut caſu non poteſt ſine novo Sedis Apoſtolicæ privilegio in *aliam Dominicam* ſeu *Diem* transferri, ſed omittendum ibi eſt eô annô, ac caſu, ùt in ſimili reſponſum eſt Româ. Vide dicenda *P. II. Tit. 11. in princip.*

*Pag. 151. col. 2. lin. 2. pro* alior. Feſtor. *imprimend:* Feſtorum 9. Lection.

*Ibid. col. 2. lin. 4. poſt* occurrat *locô puncti fiat comma, & poſt hoc adde*: & de eo facta fuerit Commemoratio in laudibus hodierni Officij 9. Lection.

*Ibid. col. 2. lin. 7. poſt* Feriæ *fac Semicolon; ac adde*: eò quòd *Feria* III. & *Feria IV. Rogationum* non ſint *Feria major* (utì eſt *Feria II.* Rogation.) ſed utraque ſolùm *Feria minor*, de quibus in *Miſſis* etiam *privatis*, quæ *votivæ* non ſunt, ſed *feſtivæ*, non fit Commemoratio:

*Ibid. col. 2. lin. 7. & 8. pro* alioquin autem [id eſt nullo Feſto ſimpl. ſimul occurr.] 2. *imprim:* Quòd ſi *Fer. III. Rogation.* occurrat quidem *Feſtum 9. Lection.* non tamen ſimul cum illo aliquod Feſtum ſimplex, tunc 2.

*Ibid. col. 2. lin. 10. pro*: niſi ſit dupl. *imprim:* niſi Feſtum occurrens 9. Lectionum ſit *duplex*; ſi enim in Feriam III. Rogation. incidat Feſtum duplex, & Feſtum ſimplex non occurrat, non niſi duæ dicuntur Orationes in Miſſis privatis, nempe 1. *de Feſto duplici* in ea occurrente. 2. *De Rogationibus* juxta Rubricam Miſſæ de Rogationibus præfixam, juxta quam in tribus *Ferijs Rogationum in Miſſis privatis de Sancto* facienda eſt (ſuô locô) Commemoratio de Rogationibus, in *Feſto* etiam duplici; cùm Rubrica loquatur univerſaliter, & ſine exceptione alicujus etiam ex majoribus Feſtis, v. g. 2. claſſis: hinc cùm anno 1712. Feſtum Inventionis S. Crucis, quod eſt duplex 2. claſſis, in Feriam III. Rogationum incidiſſet, ipſum quoque Directorium Romanum juſſit in Miſſis privatis de Feſto (imò etiam ſolemni, ubi dicitur tantùm una Miſſa) facere Commemorationem de *Rogationibus* in Feria illa III. tunc occurrente.

*Pag. 154. col. 1. lin. 10. pro* ideo *imprimend:* ac proin

*Ibid. col. 1. lin. 35. poſt* fortè occurrat; *adde*: fieri tamen debere commemorationem de *Rogationibus* in *Miſſis privatis* etiam in tali caſu, inferri videtur ex Rubrica Miſſæ Rogationum ac Vigiliæ Aſcenſ. præfixâ, & à me ſuperiùs *Feria III. Rogationum* allegata.

*Pag. 155. in Titulo columnari pro* XXII. *imprimend:* XXVII.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ibid. col. 1. lin. 9. poſt* Feſto *fac* comma, *& poſt hoc adde* aut Die octava. *Ibid. col. 1. lin. 17. pro* Feſto *imprimend*: ſimplici. *Ibid. col. 2. lin. 22. poſt* quidem *adde:* de

*Pag. 156. col. 2. lin 27. poſt* Concede *adde* : ſine addita quarta) ùt ibi.

*Pag. 163. col. 2. lin. 36. poſt* Lit. D. *adde:* Sed quid in Caſu, quo *Semiduplex* incidit in *Dominicam* non occurrentem *infra Octavam* alicujus Feſti, neque in *Diem Octavam* occurrentem *infra aliam Octavam*, ſed in Dominicam, in qua ſimul occurrit *Dies Octava tantùm alicujus Feſti*, quin inſuper hæc incidat *in Diem infra aliam Octavam?* An, inquam, etiam in tali occurrentia, ſeu caſu, ſi ſequens Feria II. non ſit impedita occurrente Feſto aliquo 9. Lectionum, ſuperſint autem *antiquiora translata Feſta ſemiduplicia alia*, erit Semiduplex in ejuſmodi Dominicam incidens iſtis alijs præferendum, & in Feriam illam II. transferendum? ℟. negativè; eò quòd Rubrica gener. X. Breviar. n. 5. loquatur ſolummodo de *ſemiduplici infra Octavam occurrente*: eſt autem *Dies Octava* jam extra hanc exceptionem, ac proinde *ſemiduplex*, poſt alia, jam ante ipſum translata, in illam incidens videtur cedere debere *duplici*, aut *ſemiduplici* priùs translato: atque ità obſervatum eſſe in DIRECTORIO *proprio* Baſilicæ S. Petri Romæ, accepi ex Teſtimonio, inde ad me perlato.

*Pag. 164. col. 2. lin. 19. pro* Dominicæ *imprimend.* Octavæ

*Pag. 165. col. 2. lin. 32. poſt* eſt. *adde:* Quid verò ſit obſervandum, quando *ſemiduplex* incidit in *Dominicam*, in qua ſimul occurrit *Dies octava tantùm alicujus Feſti*, quin inſuper *Dies illa Octava* incidat *in Diem infra aliam Octavam*, conſtat ex paulò antè dictis.

*Pag. 170. col. 2. lin. 19. pro* Fer. II. *imprimend.* Fer. III.

*Pag. 173. col. 2. lin. 24. poſt* Miſſ. Defunctor. *adde:* Prohibentur quoque hodie Miſſæ quæcunque in ORATORIJS *privatis*, alioquin (exceptis *ſolemnioribus Feſtis*) in ijs ex Privilegio Sedis Apoſtolicæ legi conceſſæ. An verò etiam Fer. II. & III. Pentec. in ijs celebrare ſimiliter ſit prohibitum, vid. infrà P. III. Tit. 9.

*Pag. 177. col. 1. lin. 29. pro* n. 2. *imprimend.* n. 1. *Ibid. col. 2. lin. 6. poſt* ſuprà *pro* Puncto *fac* Comma, *ac adde:* Tit. 20. §. 3. circa fin. Et Ratio eſt; quia juxta expreſſam BREVIARIJ *Romani*, à Summis Pontificibus ultimò recogniti Rubricam (in fine *Sabbati quatuor Temporum* Pentecoſtes extantem) celebratâ *poſt* NONAM illô Sabbatô Miſſâ conventuali, *terminatur Tempus Paſchale*, uti cum Mi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Michaële Bauldryo P. 4. c. 14. n. 10. fol. 267. Edit. novæ tradunt ac ſentiunt Rubriciſtæ omnes. Verba Bauldryi ſunt hæc: *Terminatur poſt Miſſam*, quæ ( juxta Rubric. general. XV. Miſſalis n. 2. in fin. ) *dicitur poſt NONAM*, *Tempus Paſchale*, *& ideo ad Cœnam* (id eſt Comeſtionem meridianam, quæ *Diebus Jejuniorum* appellatur *Cœna* ) *Benedictio MENSÆ*, *& gratiarum Actiones dicuntur ùt alio Tempore*, nempe ùt *extra Tempus Paſchale*; quia nimirum poſt *Miſſam* conventualem, quæ dicitur eo Sabbato poſt NONAM, non ampliùs currit, ſed jam exſpiravit *Tempus Paſchale*: quemadmodum igitur ob *finitum* eô tempore, quô dictô Sabbato 4. Temporum in meridie cœnatur, jam *Tempus Paſchale*, non ampliùs ad *Comeſtionem meridianam* illius Sabbati adhibetur illa *Benedictio* Menſæ & *gratiarum actio* poſt eam, quæ præcedentibus infra Octavam Pentecoſtes occurrentibus diebus adhibebatur, ac dici debuerat ( nempe *Spiritus Domini &c*, ante *Cœnam* ſeu Comeſtionem meridianam, & in ejus fine: *Repleti ſunt omnes &c* ) ſed *Benedictio* & *gratiarum actio* communis, nempe ante Cœnam ſeu comeſtionem illam meridianam: *Edent pauperes*, & poſt illam: *Memoriam fecit mirabilium &c*, ità etiam ob *finitum* jam *ante* meridiem *Tempus Paſchale*, non *ſtandum* eſt ampliùs in meridie ad *pulſum Angelicæ Salutationis*, ſed *genuflectendum*, perinde ac alijs Sabbatis infra annum, in *meridie* extra Tempus Paſchale & Quadrageſimale: id quod diſertè monet accuratus quidam Rubriciſta in quodam ſuo Libello ad annum 1716. Typis vulgato, ubi *Sabbato 4. Temporum Pentecoſtes* ità ſcribit: *Finitâ hodie Miſſa ſolemni poſt Nonam terminatur Tempus Paſchale: ideo hodie in meridie*, *& deinceps ad Salutationem Angelicam genuflectitur*; *Sabbato in ſero autem*, *& Die Dominico dicitur ſtando.* unde & ego addidi: *In meridie;* nam *Veſperi* in Sabbatis ſemper eſt ſtandum ob Reſurrectionem Domini, quæ facta eſt in Dominica, cujus Officium jamjà inchoatum eſt à primis ejus Veſperis. Addidi 2. *extra Tempus Quadrageſimale*; nam quia *Tempore Quadrageſimali* Veſperæ dicuntur in Sabbatis jam ante meridiem pro ſequenti Dominica, non item *extra Quadrageſimam*, à primis autem Veſperis Sabbati jam incipit Officium Dominicæ, ac illud Tempus, quo ob *Dominicam Reſurrectionem* ſtandum eſt, ideo in Quadrageſima ſtatur jamjam in meridie ad Pulſum Angelicæ Salutationis ( eſto nondum currat Tempus Paſchale ) non item in reliquis Sabbatis *extra Quadrageſimam* & *Tempus Paſchale* infra annum occurrentibus, etiam illis, quæ incidunt in *Diem Jejunij*, alicujus v. g. *Vigiliæ* aut *Sabbati-*

 *ti-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ti quatuor Temporum*; cùm nec in iſtis *extra Tempus Quadrageſimale* ſoleant Veſperæ ante meridiem pro ſequente Dominica dici. Quæ omnia etiam conſtant ex Conſuetudinibus noſtræ Provinciæ à Societatis noſtræ Præpoſitis PP. Generalibus approbatis, in quibus cap. 2. n. 4. in fine dicitur: Preces ibi relatas (par ratio eſt de ijs, de quibus capite 1. præcedente, initio Numeri 14.) *Stando recitari Tempore Paſchali, utì & à Veſperis Sabbati* (NB.) *& toto Die Dominico.*

*Pag.* 179. *Col. 2. Lin. 1. poſt* ubi *adde*: Feſtum

*Pag.* 182 *Col. 1. Lin. 37. pro* ni *imprimend*: in

*Pag.* 189. *col.* 1. *lin.* 11. *poſt* ſimplex, *adde:* vel aliter ſuis locis notetur )

*Pag.* 191. *col. 2. lin. 21. pro* XI. n, 10. *imprimend*: IX. n. 11.

*Pag.* 192. *col. 2. lin. 10. poſt* occurrat *fac* Comma *& poſt hoc adde*: cujuſmodi Clauſulam propriam, adeoque non mutandam, habet etiam Hymnus *Laudum* ipſius *Officij de Ven. Sacramento*, ac *Feſto SS. Corp. Chriſti*, ùt notat Gavant. Tom. 2. ſect. 5. c. 6. n. 13.

*Ibid. col. 2. lin. ult. pro* ipſo *imprimend*: ipſo- *& poſt lin. ultimam Cuſtos* com- *malè poſitus eſt pro Cuſtode* -met

*Pag.* 193. *col.* 1. *lin.* 1. *pro* Comet *imprimend*: met *Ibid. col.* 2. *lin. 25. poſt* metri *adde*: Hymnis ſuprà non exceptis )

*Pag.* 198. *col.* 1. *lin. 32. poſt* Nonam *adde*: de Vigilia, *Ibid. c.* 2. *lin.* 17. *pro* ſimplicia *imprimend*: Semiduplicia

*Pag.* 201. *col.* 2. *lin.* 19. *poſt* conveniens. *adde*: Quòd ſi hodierno Sabbato factum fuerit de Feſto *duplici minore*, tunc ibi, ubi cras celebratur *Dies octava SS. Trinitatis*, totæ Veſperæ hodiernæ ſunt de SS. Trinitate dicendæ, ùt in 1. Veſperis Feſti, cum commemoratione Feſti hodie celebrati, nec non craſtinæ Dominicæ, & Octavæ SS. Corporis Chriſti, ac Feſti ſimplicis, ſi quod cras occurrat; idque ob Rationes ſeq. Tit. 32. afferendas. Vid. etiam P. III. Tit. IV. n. XI. ante fin. ac Tit. VI. §. 4. de Concurrentia.

*Pag.* 202. *col.* 1. *lin.* 37. *pro* enitùs *imprimend*: penitùs *Ibid. c.* 2. *lin.* 28. *pro* Dominica *imprimend*: Dominica )

*Pag* 203. *col.* 1 *lin.* 30. *pro* ac *imprimend*: de

*Pag.* 208. *col.* 2. *lin.* 5. *poſt* Defunctorum *fac* comma, *ac dein adde*: cum pridianis eorumdem Veſperis, ùt ſuprà.

*Pag.* 209. *col.* 2. *lin.* 4. *&* 5. *pro* De Feſt. Cordis JESU vid. P. III. Tit. ult. Lit. C. *imprimend*: FERIA VI. poſt Octavam SS. Corporis Chriſti alicubi ex Indulto Sed. Apoſtol. celebratur Feſtum SS. COR-

DIS

DIS JESU, attamen decantatâ ſolummodo Miſſâ votivâ ſolemni de Ven. SACRAMENTO: nam Miſſa GAUDEAMUS alicubi impreſſa, & *Miſſalium* Supplementis addita, non eſt à Sacr. Rit. Rit. Congregatione (ſaltem hactenus) approbata, uti nec illa, quæ incipit: *In Capite Libri ſcriptum eſt de me &c*, nec earum *Orationes*, prout reſcriptum eſt Româ 1722.

*Pag. 213. col. 2. lin. 37. poſt* Tit. 6. *adde:* § 13. & 14.

*Pag. 214. col. 2. lin. 15. poſt IV.* poſt Epiph. *adde:* item Tit. 5. & 8. ibid.

*Pag. 215. col. 2. lin. 27. poſt* Pſalter. *adde:* habetur.

*Pag. 217. col. 2. lin. 6. poſt* Die *fiat* comma *Ibid. col. 2. lin. 9. poſt* infra Octavam *adde:* Nativitatis Domini,

*Pag. 220. col. 1. lin. 28. poſt* 4. Temp. *omitte* & quidem

*Pag. 222. col. 2. lin. 2. poſt* Hebd. V. *adde:* Aug. vel

*Pag. 227. col. 1. lin. 24. & 25. pro* Lectionis Scriptura *imprimend:* Lectionis de Scriptura *Ibid. col. 2. lin. 9. poſt* igitur *omitte Punctum*

*Pag. 230. col. 2. lin. 18. pro* è *imprimend:* à

*Pag. 239. col. 1. lin. 27. & 28. pro* : ſicut ergò *imprimend:* eſto enim

*Ibid. col. 1. lin. 31. pro* ſunt *imprimend:* non ſint *Ibid. col. 2. lin. 1. pro* ità idem *imprimend:* ſed integræ dicendæ de SS. Angel. Cuſtodib. ſecùs tamen *Ibid. col. 2. lin. 2. poſt* Vide, *omitte* tamen *Ibid. col. 2. lin. 3. poſt* P. II. *adde:* 1. &

*Pag. 244. col. 1. lin. 2. poſt* eſſe *fac comma, & poſt* color *omitte punctum Ibid. col. 1. lin. 3. pro* Paramenterum *imprimend:* Paramentorum *Ibid. col. 1. lin. 4. poſt* Arnaud. *adde:* Epit. Tr. 1. P. 1. Tit. 18.

*Pag. 245. col. 2. lin. 7. poſt* Sanctorum *fac comma, & poſt hoc adde:* niſi ponendum ſit Initium Libri Scripturæ nondum poſitum ex præced. Dominica.

*Ibid. lin. 20. poſt* præced. *adde* Si hodie occurrat Feſtum S. Thomæ *à Villa nova*, tunc Poſt-Communio de hodierna Feria 4. Temporum ſumenda eſt ex Miſſa Feriali ſequentis Sabbati, non obſtante quòd eadem Poſt-Communio cras iterum ſit dicenda, ùt in ſimili alicubi monet Gavant.

*Pag. 246. col. 2. lin. 9. poſt* Viol. *adde* Si in Sabbato 4. Tempor. Septemb. occurrat Feſtum SS. Januarij & Socior. MM. *Miſſæ privatæ* omnes fiunt de Feſto, cum Orat. 2. de Fer. curr. 4. Tempor. 3.

au-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

autem de Vigilia S. Matthæi, & ult. Evang. de Fer. 4. Tempor. in Officio autem nihil fit de Vigil. color rub.

*Pag. 251. col. 2. lin. 9. poſt* Indulto *adde*: (imò nunc de *Præcepto*)

*Pag. 252. col. 1. lin. 34. poſt* Roſarij B. V. *adde:* ac denique ab anno 1716. de Mandato CLEMENTIS XI. in tota modò Eccleſia)

*pag. 254. col. 2. lin. 33. poſt* &c. *adde*: Plura de Feſto Roſarij (quod nunc eſt *de Præcepto* ubique) Vid. P. II. Tit. 10. poſt init.

*Pag. 259. col. 1. lin. 29. pro* III. & IV. *imprimend:* IV. & V. aut aliâ non impeditâ proximè

*Pag. 260. col. 1. lin. 28. poſt* Libri *omittenda eſt ciphra* 1.

*Pag. 262. col. 1. lin. 34. poſt* Col. vir. *adde*: niſi currat aliqua Octava.

*Pag. 262. col. 2. lin. 19. poſt* initiô Nov. *adde*: ubi inter alia habetur, ſimile Indultum à CLEM. XI. 1713. ſub dato 18. Octobr. obtentum eſſe pro Regnis & Dominijs Sacr. Cæſ. Majeſt. uti &, quid ſit obſervandum, quando hoc *Feſtum Patrociny*, aut aliquando Feſtum aliud 1. vel 2. claſſ. incidit in illam ipſam Dominicam, in qua alioqui celebrari ſolet ex Indulto Sedis Apoſtolicæ *Feſtum Patrociny* B. *M. V.*

*Pag. 263. col. 1. lin. 27. poſt* OFFICIJ *dele* comma, *& poſt hoc* ſubſequens vocabulum *Officy* *Ibid. col. 1. lin. ult. pro* ni *imprimend:* in

*Pag. 275. col. 1. lin. 18. pro* XXXIII. *imprimend:* XXIII.

*Pag. 282. col. 1. lin. 4. omittendum* Semicolon *Ibid. col. 1. lin. 15. pro 31. imprimend: 13.)* *Ibid. col. 2. lin. 4. poſt* Horam *adde:* immediatè *Ibid. col. 2. lin. 25. poſt* Paſchali *mutandum* comma in *ſignum* ] *Ibid. col. 2. lin. 27. poſt* autem *adde*: in fine Completorij

*Pag. 288. col. 1. lin. 21. poſt* 9. Lectiones *adde*: Equidem Sententiam, ex Reverendiſs. D. Henrico Piſart ſuprà à me relatam, etiam in Germania in non uno ejus loco receptam eſſe in Praxi, argumento ſunt literæ Paſſaviô 19. Octobr. 1722. in hæc verba ad me datæ:

„In Choro Cathedralis noſtræ Eccleſiæ Paſſavienſis, & aliarum col„legiatarum Eccleſiarum (uti & in Choro Monaſtico) Reſponſorium „primum Dominicæ I. Adventûs incipitur à Cantoribus, ſive media „parte Chori, prout per vices jam hanc, jam illam contingere ſolet, „dicitúrque integrum uſque ad verſum, & non duntaxat ad primum „aſteriſcum, ſi plures aſteriſcos habet: Repetitio item Reſponſorij fit poſt verſum à primo Aſteriſco uſque ad verſum, non autem ſolùm ad

„ad ſecundum Aſteriſcum. Subjicio claritatis gratiâ exemplũ de Reſpon-„ſorio dictæ Dominicæ I. Adventûs (nam idem de Reſponſorio pri-„mo in Nativitate Domini, & de ultimo in Officio novem Lectio-„num pro Defunctis intelligendum eſt) quomodo illud tam intra, „quàm extra Chorum ſoleat, & debeat recitari. Finita prima Lectione „(Officij Dominicæ I. Adventûs) quam cantat Lector, reſpondet „Chorus: *Aſpiciens à longè, ecce video DEI Potentiam venientem,* „*& nebulam totam terram tegentem. Ite obviam ei, & dicite: nun-*„*tia nobis, ſi tu es ipſe, qui regnaturus es in Populo Iſraël.* Ver-„ſum dicit Lector: *Quique terrigenæ, & Filij hominum, ſimul in u-*„*num dives & pauper.* Chorus reſpondet: *Ite obviam ei, & dicite:* „*nuntia nobis, ſi tu es ipſe, qui regnaturus es in Populo Iſraël.* Ver-„ſum canit iterum Lector: *Qui regis Iſraël, intende, qui deducis* „*velut Ovem Joſeph.* Chorus: *nuntia nobis, ſi tu es ipſe, qui re-*„*gnaturus es in Populo Iſraël.* Lector: *Tollite portas, Principes, ve-*„*ſtras, & elevamini Portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Cho-„rus: *Qui regnaturus es in Populo Iſraël.* Lector: *Gloria Patri, & Fi-*„*lio, & Spiritui Sancto.* Chorus repetit Reſponſorium: *Aſpiciens à* „*longè &c* uſque ad verſum primum: *Quiq; terrigenæ* excluſivè. Hæc inde. Eadem eſt plurium aliorum locorum Praxis.

*Pag. 292. col. 1. lin. 35, poſt* allegato. *adde ab initio:* Quando infra hanc, aut aliam *Adventûs* Hebdomadam *Officium* & *Miſſa* dicuntur de *Feſto Semiduplici*, tunc 2. Oratio in Miſſa regulariter dicitur de *Feria Adventûs.* 3. de S. Maria: *Deus, qui de B. M. V. Utero &c,* terminanda cum correſpondente ſibi *Secreta*, & *Poſtcommunione* per verba: *Per eumdem Dominum noſtrum &c*, ut in Rubrica Miſſal. Dominicâ I. Advent. Dixi: *regulariter*; nam ſi ſimul etiam occurrat Feſtum *ſimplex* cum *ſemiduplici*, tunc quidem 2. Oratio adhuc eſt de *Feria* occurrente Adventûs, at verò 3. Oratio tunc dicitur de *ſimplici*, nec additur Oratio 4. de B. M. V. Præterea, ſi cum Feſto *ſemiduplici* ſimul occurrat *Dies infra Octavam* (v. g. in Feſto S. Bibianæ, Commemoratio *Diei infra Octavam* S. Andreæ in hujus *Eccleſia Titulari*) tunc 2. Oratio erit de currente Octava. 3. de *Feria Adventûs.* Quòd, ſi ſimul etiam occurrat *Feſtum ſimplex*, Oratio 2. erit de Octava. 3. de *Feria.* 4. de *ſimplici*, nec addenda eſt 5. niſi fortè per accidens dicenda ſit Oratio: *Deus refugium*, aut alia ſimilis à Superiore Eccleſiaſtico ad Tempus indicta. Si denique *ſemiduplex* celebretur in Adventu eo die, quo occurrit *ſimplex*, & *vigilia* (v. g. die 29. Novembris in *Vigilia* S. Andreæ) Oratio 2. dicitur



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

citur de *Feria Adventûs*. 2. de *Vigilia*. 4. de *ſimplici*, nec additur 5. *Gav. To. 1. P. 1. Tit. 3. n. 4. & Tit. 9. n. 16. poſt lit. I. &c.*

*Pag. 293. col. 2. lin. 7. poſt* Feſtum *adde:* aut Officium *Ibid. col. 2. lin. 8. poſt* Octav. *adde*: aut Feria 4. Temp.

*Pag. 299. col. 2. lin. 26. poſt* Paſchatis *dele* & *Ibid. col. 2. lin. 27. poſt* Pentecoſtes *fac comma*, *& poſt hoc adde*: SS. Corp. Chriſti, & Nativit. Domini, ex Decr. S. R. C, 29. Sept. 1714. jam pluries allegato à Directorio Romano.

*Pag. 301. col. 2. lin. 36. poſt* 17. Maij. *adde*: Qua de re vide dicenda P. II, Tit. 12. Die 2. Decembr.

*Pag. 303. col. 1. lin. 29. poſt* Feſto *adde*: Si denique Feſtum *Expectationis Partûs B. M. V.* ibi, ubi eſt conceſſum, incidat in Dominicam III. vel IV. Adventûs (uti annô 1718.) tunc transferendum eſt in Diem proximè ſequentem, Feſto 9. Lectionum non impeditam, juxta Reſcriptum quoddam Romanum, P. II. allegandum, adeoque non omittendum in ejuſmodi loco.

*Pag. 310. col. 1. lin. 12. poſt* O Oriens &c. *adde*: Sabbato autem præcedente (ùt rectè To. 2. ſect. 7. c. 2. ad diem 20. & 21. Decembris monet Gavantus) ad *laudes* Officij ferialis dici debent in ejuſmodi Eccleſia Antiphonæ *Dominicæ IV. Adventûs* cum Antiphona *Expectetur* ad CANTICUM Officij illius *Sabbatini ferialis*, Feriâ autem II. dicendæ ſunt Antiphonæ ejuſdem Feriæ II. Ratio 1. Partis eſt; quia Rubrica poſt Antiphonas O. in Breviario extans ità præcipit, ut nempe in caſu, quo Feſtum S. Thomæ non transfertur, dicantur in *Sabbato* eæ Antiphonæ, quæ occurrunt in ipſo Die S. Thomæ, cum Pſalmis Sabbati, exceptâ *Antiphona quartâ*, hujúſque prætermiſſæ locô dicendo Antiphonam Cantico Sabbatino convenientem, nempe *Expectetur*. Ratio autem 2. Partis eſt, quia cùm Feſtum S. Thomæ juxta Rubricam recogniti Breviarij Romani non ampliùs habeat *Octavam*, uti olim ibi habebat, ubi eſt *Feſtum Titulare*, ſeu *Titulus Eccleſiæ* (vulgò *Patrocinium Templi*) ideo Feriâ illâ II. ſi aliud Feſtum 9. Lectionum in ea non occurrat, *Officium* fit feriale de *Feria currente* juxta dicenda inferiùs P. II. Tit. 12. ad diem 21. Dec. ante fin.

*Pag. 314. col. 2. lin. 32. poſt* Commemoratione *adde*: Dominicæ, &

*Pag. 316. col. 2. lin. 10. pro* Guilielm *imprimend:* Gulielm: *Ibid. col. 2. lin. 12. pro* Durandus *imprimend:* Durantus *Ibid. col. 2. lin. 14. pro* P. 2. *imprimend*: To. 2. *Ibid. col. 2. lin. 18. poſt* ab eo

eo *adde* citati. *Ibid. col. 2. lin. 25. poſt* §. 18. *adde*: nec non Libellus, cuj Titulus: *Praxes Sacræ*, ſeu *Methodus pia explicandi omnes Cæremonias &c.* anno 1719. impreſſus, Auctore Adm. R. D. Leonard. Goffine Ord. Præmonſtrat: item *Sacerdotale* ſeu *Manuale ad ritè celebrandam Miſſam &c*, eodem anno impreſſum Coloniæ: præterea P. Philippi Scouville noſtri *Sancta Sanctorum ſanctè tractandi Methodus*, impreſſa ibidem 1722.

## ADDENDA & CORRIGENDA
## IN
# PARTE II.
## EPHEMEROLOGIJ
### *in ſecunda ejus Editione.*

*Pag. 3. col. 2. lin. 15. poſt* verò *adde*: Pſalm: *confitemini*, neque

*Pag. 5. col. 1. lin. ult. pro* magis *imprimend*: Magis *Ibid. col. 2. lin. 24. poſt* eum *adde*: Gavant. To. 2. ſ. 10. c. 2. n. 4. diſſentiente Arnaudo.

*Pag. 8. col. 2. lin. 17. poſt* ſerventur. *adde*: Dixi autem: *privatæ*; nam Miſſæ votivæ *ſolemnes* pro re gravi, uti & Miſſæ ſolemnes *de Requiem* præſente corpore, cantari poſſunt etiam in *Feſtis duplicibus* per annum.

*Pag. 9. col. 1. lin. 5. poſt* Dominum &c. *adde*: Hodie prohibentur Miſſæ quæcunque (etiam de currente hodierno Feſto) in ORATORIJS *privatis*, uti infrà P. III. Tit. IX.

*Pag. 10. col. 2. lin. 1. poſt* Commemoratio *locô commatis fiat ſignum* ( *lineâ autem 2. ibid. poſt* Lectione *locô Parentheſis fiat* comma, *lineâ verò 4. poſt* Officij *adde*: uti & in Miſſa,

*Pag. 15. col. 2. lin. 21. poſt* Confeſſ. *adde*: juxta inferiùs P. ult. in INDICE V. *Hymnus* dicenda non ampliùs

*Pag. 16. in Titulo columnari hujus Folij, uti & ſequentium Foliorum uſque ad Folium 25. incluſivè omitti debent hæc verba*: Item Feſt. SS. N. J. &c.

*Pag. ead. col. 1. lin. 8. omitte* rurſum *Ibid. col. 1. lin. 9. pro* à Capit. *imprimend*: ab anno 1723. Officium Ritu duplici min.

*Pag. ead. 16. col. 1. lineâ 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.*

*à verbis iſtis* Pari modo *omnia in nova Editione ſunt omittenda.*

*Ibid. col. 1. lin. 35. poſt* eſt *locô Ciphræ 1. fiant duo puncta* hoc modo:

*Pag. 17. col. 1. lin. 19. & 20. locô horum verborum:* 15. hujus, translato S. Paulo primo Eremita *ponenda ſunt hæc verba:* 16. hujus, tanquam *Ibid. col. ead. lin. 21. poſt verba:* non impeditam *adde:* Feſto aliquo duplici

*Pag. ead. col. 1. lin. 32. pro* 1663. *imprimend:* 1693 *Ibid. col. 2. lin. 3. pro* 19. *imprimend:* 18. *Ibid. col. 2. lin. 6. verba* Ratio limitationis eſt *& omnia, quæ ſequuntur, uſque ad lineam duodecimam columnæ ſecundæ ſequentis Folij decimi octavi ſunt omittenda, nempe uſque ad verbum* Porrò *incluſivè, & locô eorum omnium imprimenda ſunt ſequentia verba:* Quia aliquando contingit, ut Feſtum S. Hilarij (qui quidem obijt 13. Januarij, at verò ob ſemper occurrentem eo die *Diem octavam Epiphaniæ*, quæ nulli Feſto cedit, regulariter in Eccleſia univerſali primùm Die 14. ejuſdem celebratur, & quidem *Ritu* duntaxat Semiduplici) transferri debeat à Die ſibi ab Eccleſia univerſali aſſignata, nempe à Die 14. Jan. in aliam diem proximam non impeditam, v. g. in caſu, quo in Diem 14. Jan: incidit Dies *Dominica*, item in alio caſu, de quo P. I. Tit. 4. *ideo his nunc addenda ſunt ea in nova Edit. quæ habentur fol. 18. Ephemerologij col. 2. lin 13. à verbis* circa Translationem *& reliqua, quæ ſequuntur ibi, & ſequentibus folijs in Ephemerolog.*

*Pag. 19. col. 1. lin. 32. pro* ſemper *imprimend:* tunc tantùm

*Ibid. col. 1, lin. 33. pro* ut in Breviario, quocunque dein die celebretur; *imprimendum:* quando transfertur;

*Pag. ead. col. 1. poſt lineam 37. imprimenda ſunt ab initio ſequentia verba:*

Die 14. Januar. celebrabatur antehac in quibuſdam *locis* & *communitatibus*, ac nominatim in *Socitate JESU*, ex Indulto Sed. Apoſt. Feſtum *SS. Nominis JESU, ſub Ritu dupl. 2. claſſis*, Feſto S. Hilarij in Diem proximam non impeditam translato; at verò ab anno 1722. Juſſu SS. D. N. INNOCENTIJ XIII. celebrandum modò eſt Feſtum SS. NOMINIS JESU per totam Eccleſiam ſub eodem Ritu Dominicâ II. poſt Epiph. niſi quando in eamdem Diem incidit *Dominica in Septuageſima*, tunc enim transfertur (attamen in *Choro* tantùm) in diem proximam aliam non impeditam, ùt ſuprà P. I. Tit. IV. Poterit tamen etiam in eo caſu per Rubricam VI. General. Miſſalis præter *Miſſam conventualem*, ac privatas omnes (de currente Dominica dicendas) in ijs Eccleſijs, in quibus dicuntur plures Miſſæ, decantari

ri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ri inſuper *Miſſa votiva ſolemnis* poſt Nonam de Feſto SS. NOMINIS JESU, ubi eſt concurſus Populi ad lucrandas v. g. Indulgentias plenarias, quales ad Auguſtiſs. Imperat. CAROLI VI. Preces SS. D. N. INNOC. XIII. 17. Jul. 1722. omnibus & ſingulis utriuſque Sexus Chriſti Fidelibus, verè Pœnitentibus ac ſacra Communione refectis, qu *Miſſæ ſolemni* in Feſtivitatibus SS. NOMINIS JESU, & SS. *Nominis* MARIÆ hujuſmodi in aliqua ex Eccleſijs, *in Statibus Hæreditarijs* memorati CAROLI Regis in Imperatorem electi conſiſtentibus quotannis celebrandæ interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum Concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad DEUM Preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & Remiſſionem, quam etiam Fidelium defunctorum Animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum Suffragij applicare poſſint, miſericorditer conceſſit.

*Pag. 25. col. 1. lin. 7. pro* quod *imprimend:* quot

*Pag. 26. col. 1. lin. 12. pro* Semiduplex *imprimendum :* Duplex.

*Pag. ead. col. 1. lin. 20. poſt* amavit eum &c *fiat punctum, reliqua autem illius lineæ, ac ſequentium 4. linearum verba omnia ſunt omittenda uſque ad verbum* Confeſſor. *incluſivè. Ibid. col. 1. lin. 27. omitte :* 3. Deus, qui Salutis, *& reliqua ſequentium trium linearum verba uſque ad* per eumdem Dominum noſtrum &c *incluſivè. Ibid. col. 1. lin 32. pro* à Capitulo ſit *imprimend:* fit Commemoratio

*Pag. 34. col. 1. lin. 26. poſt* ſine *pro ciphra* 9. *imprimendum :* aliqua de ijs *Ibid. col. 2. poſt lin. ult. pro cuſtod.* ex *imprimendus eſt cuſtos* Se-

*Pag. 35. col. 1. lin.* 1. *omitte primum* ex

*Pag. 40. col. 1. lin. 4. pro* tunc *imprimend:* (ubi celebratur cum Octava) *Ibid. col. 2. lin. 1. & 2. poſt* colimus &c *omnia ſunt omittenda uſque ad iſta verba:* 23. Febr. *lineæ 2. incluſivè.*

*Pag. ead. col. 2. lin. 6. poſt* ſimilibus *dele punctum, & locò puncti adde :* aliorum quoque nonnullorum Sanctorum.

*Pag. 45. col. 2. lin. 29. pro* transferri, *imprimend:* transferri)

*Pag. 46. col. 2. lin. 3. poſt* violacei *fac comma, & poſt hoc adde:* ac Diaconus & Subdiaconus utuntur Planetis plicatis, *Ibid. col. 2. lin. 10. poſt* Virgine. *adde:* Celebrans, qui hodiè diſtribuit candelas, detecto Capite id facere debet.

*Pag. 53. col. 2. lin. 14. poſt* dicuntur *adde:* in laudibus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. 59. col. 2. lin. 10. poſt* Oratio *dele duo puncta, & poſtea Ibid. col. 2. lin. 11. & 12. locô verborum* Deus, qui nos annua BB. Martyrum tuorum &c, ùt ibi. *imprimend :* propria: *DEUS, qui primitias &c*, uti notatur in PROPRIO novo Feſtor. S. J. cum Commemorat. præcedentis.

*Pag. ead. col. 2. lin. 14. pro* Quotieſcunque *imprimend :* propriæ, uti notantur in Proprio Feſtor. S. J.

*Pag. 61. col. 1. lin. 37. pro* quo *imprimend :* quot- *Ibid. col. 2. lin. 5. poſt* afferendi *omitte punctum, & locô ejus adde :* P. III. Tit. 6. §. 12. ante fin, *Ibid. col. 2. lin. 12. poſt* Dominica, *adde :* nec de Die *octava*, aut *Die infra octavam*,

*Pag. 62. col. 1. lin. 14. poſt* privilegiata, *adde :* aut de Octava, *Ibid. col. 2. lin. 1. poſt* Lectionem *adde :* (extra Dominicam)

*Pag. 64. col. 1. lin. 12. poſt* translato, *adde :* nec de Octava, *Ibid. col. 2. lin. 16. pro* Feſtim *: imprimendum :* Teſtim :

*Pag. 69. col. 2. lin. 9. poſt* incidunt *fac comma : ac poſtmodum adde :* uti in Martyrologio ad Diem 23. Febr. partim in principio, partim in ejus fine diverſo charactere annotatur, adeoque in tali caſu Die 23. poſt dictum: Sexto Calendas Martij, annuntianda eſt pro Die ſubſequente 24. Februarij (in quam transfertur anno biſſextili juxta Kalendarium Romanum Vigilia S. Matthiæ) ſola hujus Sancti Apoſtoli Vigilia, cum dicta tamen clauſula;

*Pag. ead. col. 2. lin. 9. poſt* Die *fac comma. Ibid. col. 2. lin. 15. poſt* S. Matthiæ &c, *adde :* eique ſubjungenda annuntiatio reliquorum Feſtorum, quæ ibi die 24. Februarij deſcripta habentur:

*Pag. 72. col. 1. lin. 37. poſt* locô *punctum mutetur in comma, & poſtea adde :* nempe Rubr. gener. III. Miſſalis & XV. ejuſd.

*Pag. 73. col. 2. lin. 32. pro* Tom. 8. *imprimend :* Tr. 8.

*Pag. 74. col. 2. lin. 5. pro* Jejunium, *imprimend :* jejunandum,

*Pag. 76. col. 2. lin. ult. pro* 14. *imprimend :* 74.

*Pag. 80. col. 2. lin. 26. & 27. pro* Commemoratio Feſti ſequentis *imprimend :* à Capitulo de ſeq. Feſto *Ibid. col. 2. lin. 30. poſt* transferendum ] *adde :* cum Commemorat. præcedentis, *Ibid. col. 2. lin. 34. pro* Semid. *imprimend :* dupl. min. ab anno 1723.

*Pag. 81. col. 1. lin. 2. omitte* ſub dicto Ritu. *Ibid. col. 1. lin. 26. & 27. omitte* 3. à cunctis, *Ibid. col. 1. lin. 29. & 30. pro* 2. à cunctis. 3. ad libit. *imprimend :* unica.

*Pag. 82. col. 1. lin. 5. poſt* dicuntur *adde :* juxta Rubric. general. IX. Miſſal. n. 5.

*Pag.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. 84. col. 1. lin. 21. poſt* de *adde*: SS. Apoſtolis, Evangeliſtis, ac

*Pag. ead. col. 1. lin. 24. ante vocabulum:* Martyrnm *imprimend.* SS. Apoſtolorum, ac

*Pag. 90. col. 2. lin. 21. pro* communiſſum *imprimend.* communiſſimum,

*Pag. 91. col. 2. lin. 14. poſt* Dominicam in albis, *adde:* vel aliam Feſto 9. Lectionum non impeditam, ſi Feria illa II. ſit taliter impedita;

*Pag. 93. col. 2. lin. 25. poſt verbum* conſtat *ac hujus punctum imprimi debent in ſecunda Ephemerologij Editione omnia illa, quæ in prima ejus Editione impreſſa extant in fine Partis II. pag. 475. col. 2. lin. 2. à Verbis iſtis:* Quibus adde Decretum *uſque ad lineam 19. ſequentis folij 476. col. 1. incluſivè.*

*Pag. 95. col. 2. lin. 35. pro* fol. 96. *imprimend:* Tit. 20. §. 1. *& poſtea adde:* Illud tamen hoc loco adhuc monendum occurrit, quòd nempe *Feſtum Annuntiationis* B. V. ſit unum ex illis, in quibus in Altari *ORATORIJ privati*, cuj alioquin (exceptis tamen ſolemnioribus Feſtis) ex privilegio Apoſtolico conceditur Celebratio unius Miſſæ, non liceat dicere Sacrum, etiam de Die ſeu Feſto currente, juxta ea, quæ habentur infrà P. III. Tit. 9.

*Pag. 98. Titulus columnaris ità eſt imprimendus:* P. II. Tit. IV. Feſta April. S. Iſidor. Ep. Conf. 4. Apr. & S. Vincent. Ferrer. Confeſſ. 5. Apr.

*Pag. ead. col. 1. lineâ 21. & ſequentibus uſque ad 36. incluſivè* in Editione *nova omnia ſunt omittenda, & locò illorum ſequentia, & quidem ab initio, ſunt imprimenda:* 3. Si craſtinum Feſtum non incidat in *Dominicam privilegiatam* (currentis v. g. *Quadrageſimæ*, aut in *Dominicam in Albis*) neque occurrat infra *Hebdomadam majorem*, aut *infra Octavam Paſchæ*, tunc hodiernæ Veſperæ dicuntur ſub Ritu *duplici minore* de craſtino Feſto S. Iſidori Epiſc. & Confeſſ. cum commemorat. Feriæ currentis, ſi celebretur in Quadrageſima. Antiph. ad *Magnificat* in utriſque Veſperis *O Doctor optime &c.* ORATIO: *DEUS, qui Populo tuo æternæ ſalutis Miniſtrum &c*, ùt in Miſſali de communi Eccleſ. Doctor. *Col. alb.* Si celebretur poſt Paſcha, fit de eo Ritu duplici Paſchali, ùt ſuo locô.

4. S. ISIDORI Epiſc. & Confeſſ. *Dupl. min.* ab anno 1722. *Col. alb.* Officium fit de Commun. Confeſſ. Pontif. & Eccleſ. Doctor. Lectio I. Noct. Sapientiam omnium antiquor. II. & III. Noct. propriæ, cum 9.

Lect

Lect. de Feria curr. ſi celebretur in Quadrageſ. ejuſdémque tunc etiam in *Laudib.* ac Veſperis commemoratione. *Col. alb.*

MISSA : *In medio Eccleſiæ &c*, de communi Doctor. cum *Glor.* & *Cred.* Oratio ut in ead. Miſſa. Præfatio de Tempore currente (nempe vel *Quadrageſimali*, vel *Paſſionis*, vel *Paſchali*) in Miſſis de Feſto *Col. alb.* Si celebretur hoc Feſtum in Quadrageſima, fit de Fer. currente in *Miſſis privatis* commemoratio, & in fine earum legitur de ead. Feria ultimum Evangelium : Præfatio autem in iiſdem tunc dicitur de Temp. *Quadrageſimali*, ſi veniat ante Dominicam Paſſionis, vel de *Cruce*, ſi veniat poſt Dominicam Paſſionis. At verò in Eccleſijs *Cathedralibus* & *Collegiatis* celebrantur tunc duæ Miſſæ *conventuales*, una poſt TERTIAM de *Feſto*, altera poſt NONAM de *Feria*, cum Orationibus, & alijs ùt ſuprà initiô Menſis Martij. Quòdſi autem occurrat, aut transferatur juxta Rubricas hoc Feſtum poſt Paſcha, tunc *Officium* & *Miſſa* fiunt de eo Ritu *duplici Paſchali cum Præfatione Paſchali*, & ſiquidem ultra unum diem à die ſibi proprio transferatur, tunc in Hymno : *Iſte Confeſſor* mutatur 3. verſus. *Col. alb.* In II. Veſperis, ſi craſtina Dies non eſt impedita (ob occurrentem v, g. *Dominicam &c*) fit Commemoratio ſequentis *Feſti ſemiduplicis*, ac *Feriæ* hodie occurrentis, ſi celebretur in *Quadrageſima*: ſi verò cras occurrat Dominica, tunc translato craſtino *Feſto ſemiduplici* in diem proximam non impeditam, fit in 2. Veſperis hodierni Feſti Commemoratio ſeq. Dominicæ. *Col. alb.*

*Poſt hæc omnia in nova Editione Ephemerologij impreſſa, ſubjungenda & imprimenda ſunt nunc ea, quæ habentur in prima Ephemerologij Editione P. II. fol. 98. col. 1. lin. ultimâ à verbis illis:* 5. S. VINCENTIJ FERRERIJ Conf. *cum reliquis quæ ſequuntur columna 2. ejuſdem Folij, & ſequentibus folijs uſque ad fol. 105. at verò*

*Pag. 105. col. 1. lin. 36. poſt* Dominicam *locô Commatis, ibi omittendi in nova Editione, adde :* privilegiatam, *cum commate. Ibid. col. 2. lin. 1. poſt* Feſto *adde :* duplici

*Ibid. col. 2. lin. 3. pro* ſemiduplici *imprimend :* Dupl. minore (ex Mandato Clem. XI. de anno 1720. 8. Febr.) eóque

*Ibid. lin. 8. & 9. omittenda ſunt hæc verba :* cum Commemoratione de Cruce ùt Tempore Paſchali. *& locô illorum imprimenda ſunt ſequentia verba in nova Editione :* Antiphonam ad *Magnificat*, quæ in utriſque Veſperis eſt : *O Doctor optime &c*, ùt in Feſtis SS. Eccleſ. Doctorum, prout videre eſt in Directorio Romano anni ſuprà dicti 1721. *Col. alb.*

*Ibid.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ibid. col. 2. lin. 11. pro* Semid. *imprimend:* Dupl. min. *Ibid. col. 2. lin. 12. poſt* Dominica *adde:* privilegiata,

*Ead. Pag. col. 2. lin. 21. & ſequentibus lineis totius illius columnæ omnia ſunt omittenda, & locô illorum ſequentia ſunt imprimenda:* de communi Doctorum Pontific: *Sapientiam omnium &c.* II. & III. Nocturni propriæ. Reſponſor. VIII. *In medio Eccleſ.* Oratio propr. eáque unica, niſi occurrat *Fer. II. Rogat.* aut *Vigilia* Aſcenſ. vel Feſtum *ſimplex*, vel currat aliqua *Octava*, aut veniat in *Dominica non privilegiata.*

*Pag. 106. col. 1. lin. 1. & ſequentibus uſque ad lin. 10. incluſivè omnia ſunt omittenda in nova Editione.*

*Pag. ead. col. 1. ea omnia, quæ ibi lin. 13. & ſequentibus uſque ad lin. 16. incluſivè habentur, ſunt omittenda, & locô eorum poſt lineam 12. illius columnæ imprimenda ſunt in nova Editione ſequentia:* & *Credo.* Oratio unica, niſi occurrat de eo fieri in Rogationibus, aut etiam ſimul occurrat aliqua *Vigilia*, vel Feſtum *ſimplex*, *vel dies infra aliquam Octavam*, aut *Dies Dominica*; nam ſi horum aliquid occurrat eo die, quo fit de S. Anſelmo, etiam illius facienda eſt in *Miſſa* loco ſibi competente commemoratio juxta dicta P. I. Tit. 27. Fer. 2. 3. & 4. Rogat. ac alibi. *His impreſſis, imprimenda ſunt ea, quæ habentur lineâ 17. illius columnæ in prima Editione.*

*Eadem Paginâ 106. col. 1. locô eorum, quæ lineâ 18. & ſequentibus uſque ad lineam 24. incluſivè habentur, imprimenda ſunt ſequentia:* In II. Veſperis, Ritu Paſchali dicendis (idem eſt de hodierna *Miſſa*) fit Commemoratio de ſequenti Feſto *Semiduplici*, aut [ſi iſtud ob occurrentem cras Dominicam ſit transferendum] de *Dominica* ſequente. *Col. alb.*

*Ibid. col. 2. lin. 32. Vocabulo* juxta *præponendus eſt Diei currentis Numerus (& quidem ab initio) nempe vigeſimus tertius in hunc modum* 23. juxta Calendarium

*Pag. 108. col. 1. lin. 4. & 5. pro* licat *imprimend:* licèt

*Pag. 116. col. 2. lin. 7. pro* Dominica *imprimend:* Dominicam

*Pag. 117. col. 2. lin. ult. poſt* Officio *adde:* feſtivo in ipſis occurrente

*Pag. 118. col. 1. lin. 1. poſt* Commemorationem *omiſſa interpunctione adde:* de ipſis, ſed tantùm in Miſſis, ut ſuô loco, privatis per Rubricam Miſſæ de Rogationibus præfixam.

*Pag. 130. col. 1. lin. 32. poſt* privata. *adde:* Si incidat Feſtum Inventionis S. Crucis, aut aliud *Duplex 2. claſſis*, aut etiam 1. *claſſis*, in

Feriam III. aut IV. Rogationum (prout contigit 1712.) nihilominùs facienda eſt hodie ſuô locô (nempe poſt Commemorationem *Feſti ſimplicis &c*, alterutrâ harũ Dierũ occurrentis) in *Miſſis privatis* Commemoratio *de Rogationibus*, ſumendo illam ex *Miſſa Rogationum* juxta dicta Part. I. Titulo 27. & Rubricas Miſſalis *Miſſæ Rogationum*, ac *Miſſæ* de *Vigilia Aſcenſionis* præfixas, non obſtante, quòd *Feria III.* & *Feria IV. Rogationum* non ſint *Feriæ majores* aut *privilegiatæ*, ſed tantùm minores, neque etiam, quòd in *Litanijs majoribus*, occurrentibus (regulariter) 25. April. in Feſto dupl. 2. claſſis, nempe Sancti Marci Evangeliſtæ, nulla Commemoratio fiat de Rogationibus in Miſſa illius Feſti. Ratio diſparitatis eſt; quia pro facienda Commemoratione in Feſto illo duplici 2. claſſis non perinde habetur Rubrica extans in Miſſali, eámque imperans ex ordinatione Eccleſiæ, habetur verò ejuſmodi Rubrica locô ſuprà citatô pro facienda de *Rogationibus* commemoratione in *Miſſis privatis*, quando *in Ferijs Rogationum* Miſſa dicitur de *Feſto*, in aliqua ejuſmodi 3. Feriarum occurrente. Dixi autem: faciendam eſſe in ejuſmodi caſu commemorationem de *Rogationibus* etiam *Feriâ III. & IV. Rogationum*, non autem de ipſis his *duabus Ferijs*; cùm enim utraque harum duarum dictarum *Feriarum* ſit tantùm *Feria minor*, de *Ferijs minoribus* autem non ſoleat fieri commemoratio in *Miſſis Feſtivis* etiam privatis, ità nec in tali caſu fit commemoratio de ipſa *Feria III.* aut *IV. Rogationum* (dicendo orationem ex Dominica præcedente ipſarum Officio in Breviario aſſignatam) ſed *de Rogationibus*, dicendo orationem *ipſius Miſſæ Rogationum*, attamen poſt comemorationem *Simplicis*, aut *Vigiliæ occurrentis*.

*Pag. 134. col. 2. lin. 19. poſt* Pentec. *adde:* in Hymno *Iſte Confeſſor* mutatur 3. Verſus, etiam quando non transfertur.

*Pag. 139. col. 1. lin. 13. pro* transfedus) *imprimendum*: transferendus)

*Pag. 141. col.* 1. *lin. 17. poſt* Verſ. *adde*: Oratio propr. *Ibid. col. 2. lin. 6. poſt* Oratio *adde:* 1. propr. 2.

*Pag. 143. col.* 1. *lin. ult. poſt* Commemoratio *adde*: (niſi hanc Qualitas illius Feſti duplicis excludat) *Ibid. col. 2. lin. 32. poſt* 10. Maij *locô commatis fiat ſignum* )

*Pag.* 145. *col.* 1. *lin. 18. poſt* Hac eadem die *omnia, quæ ſequuntur in illa, & in ſequenti illius Folij columna, omitti debent, uti & illa, quæ ſequenti folio 146. col. 1. & 2. habentur, uſque ad lineam 25. columnæ 2. fol. 146. incluſivè, omiſſorum autem locô poſt ſuprà*

*dicta*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*dicta verba*: Hac eadem die *addi debent ac imprimi ſequentia verba:* ex Indulto SS. D. N. Innocentij XIII. celebratur in Bohemia ſub *Ritu duplici*, in Germania verò, Terrisque hæreditarijs Auguſtiſſ. Imperatoris ſub Ritu ſemiduplici, Feſtum ſeu memoria *B. Joannis Nepomuceni*, Presbyteri & Canonici Pragenſis, *Officio* & *Miſſâ* (in qua *Glor.* ſinè *Cred.* niſi veniat infra Octavam, aut in Dominica, ubi eſt duplex) de communi unius S. Martyris pro exigentia Temporis Paſchalis, vel non Paſchalis, ſi fortè alicubi, aut aliquando ultra tempus Paſchale transferatur. Col. rub. Feſtum autem ſemiduplex S. Ubaldi Epiſc. Conf. in Eccleſia univerſali hodie occurrens, non modò in Bohemia, ſed etiam in ijs locis, in quibus S. JOANNES NEPOMUCENUS habet defacto *Ritum* ſolummodo *ſemiduplicem*, transferendum eſſe in diem aliam proximam non impeditam, atque adeò cedere debere in dictis locis S. JOANNI NEPOMUC. ſimul occurrenti, conſtat ex Rubr. general. X. Breviar. Roman. n. 6. in fin. ubi diſertè præcipit, ut, *ſi duo, vel plura Feſta Semiduplicia eodem die veniant, fiat de digniori, ſeu ſolemniori, & quæ minoris ſolemnitatis ſunt, transferantur*: eſt autem manifeſtum, S. JOANNEM NEPOMUCENUM non modò in *Bohemia* (ubi habet Ritum *duplicem*) ſed etiam in Germania, ac Terris hæreditarijs Auguſtiſſ. Imperatoris (ubi Ritu tantùm ſemiduplici hactenus gaudet) celebrari cum haud paulò majori celebritate ac ſolemnitate, quàm S. *Ubaldum*, utpote iſthic minùs notum ac celebrem, ac proinde in utriuſque in hujusmodi locis occurſu Prior Poſteriori erit præferendus, non obſtante, quòd iſte ſit *ſemidnplex antiquius*, & Feſtum Eccleſiæ univerſalis, non autem tantùm *locorum* quorumdam *particularium*, uti eſt *S. JOANNES Nepomucenus.* Huic rationi addi & illa poteſt, quòd, cùm SS. D. N. conceſſerit, fieri *Die 16. Maij* ſub *ſemiduplici* in Germania de dicto S. MARTYRE, quem diem Officio S. Ubaldi impeditum novit, ipſo hoc facto translationem poſterioris faciendam eſſe tacitè declaraverit. Vid. quæ dico P. III. Tit 6. §. 5. n. 4. de Occurr. Feſtor. ſemiduplic. & alibi: Quando autem hìc Illum appellavi B. & S. eo ſenſu id accipi volo, quo in Decr. Urbani VIII. de anno 1625. 13. Mart. permittitur.

*Pag. 148. col. 2. lin. 23. poſt* veniat *adde* in Dominica, aut

*Pag. 149. col. 1. lin. 29. pro* Aib. *imprimend:* alb.

*Pag. 150. col. 1. poſt lineam 5. omnia illa imprimi debent in nova Editione, quæ extant Parte II. in prima Ephemerologij Editione fol. 476. col. 1. lin. 21. incipiendo ab initio ab iſtis verbis:*

23. In Societate JESU, uti & in Oppido *cum reliquis, quæ in ſequen*



*quen*

*quentibus lineis illius, & ſequentis columnæ ibi extant impreſſa, uſque ad illa verba:* impreſſa Romæ. *incluſivè, extantia columnâ 2. ejuſdem folij lineâ 30.*

*Pag. ead. col. 1. poſt lineam 27. imprimi debent ab initio in Editione nova Ephemerologij omnia illa, quæ in ejus Editione prima impreſſa extant in fine Partis II. fol. 476. col. 2. lin. 33. & ſequentibus lineis illius columnæ, incipiendo à verbis iſtis:* in Soc. JESU & locis *ijsq ue addenda ſunt etiam illa, quæ habentur columna 1. ſequentis folij 477. uſque ad verba illa:* Die 24. Maij. *incluſivè, extantia lin. 14. modò citatæ columnæ 1. fol. 477.* antequam tamen hactenus allegata imprimantur, monendi ſunt Impreſſores *primò, ut, quando in imprimendo devenerint ad lineam 3. columnæ ſecundæ fol. 476. poſt verbum:* Trinitatis *faciant comma, & poſt comma addant* vel CORPORIS CHRISTI ) aut diem Octavam alicujus Feſti, *Monendi deinde ſunt ijdem ſecundò, ut, quando in imprimendo devenerint ad lineam 19. ejuſdem columnæ 2. folij 476. poſt vocabulum* Dominica *locô puncti faciant comma, & poſt comma addant hæc verba:* vel infra Octavam Aſcenſionis, aut aliam, contra *Duplicia* occurrentia, aut etiam translata, non privilegiatam.

*Pag. 152. col. 2. lin. 7. pro* ſubſequente *imprimend:* antecedente,

*Pag. 170. col. 1. lin. 8. pro 19. imprimend:* 18.

*Pag. 174. col. 1. lin. 5. & 6. pro* Reliquorum *imprimend:* quorumdam aliorum

*Pag. 177. col. 2. lin. 31. poſt* Gavantus *locô puncti fac comma, & poſt comma adde:* & cum eo Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 18. n. 2. quibus adde, quæ habet Tit. 12.

*Pag. 180. col. 1. lin. 16. poſt* exceptos, *adde:* etiam

*Pag. 181. col. 2. lin. 21. pro* Coeperis *imprimend:* Corporis

*Pag. 185. col. 1. lin. 20. pro* P. Gobat *imprimend:* Amalar. apud Macrum in Hierolex. V. *Miſſa.*

*Pag. 191. col. 2. lin. 30. pro* ad Tit. 18. *imprimend.* Tr. *1.* P. 1. ad Tit. 18.

*Pag. 196. col. 2. lin. 24. poſt* Col. rub. *adde:* Hodie prohibentur Miſſæ quæcunque (etiam de Feſto currente) in ORATORIJS privatis, alioquin ex Privilegio Apoſtolico, exceptis tamen ſolemnioribus Feſtis, in ijs celebrari conceſſæ, juxta ea, quæ habentur infrà P. III. Tit. 9.

*Pag. 215. col. 1. lin. 30. poſt* ùt ibi. *adde:* Nota autem, quòd illis annis, quibus in I. aut II. Veſperis hujus Feſti fieri debent *Communes Commemorationes*, ſeu poni *Suffragia Sanctorum*, in *Suffragio*

*gio* de B. M. V. locô Verſûs: *Ora pro nobis &c*, dici debeat Verſus *Diffuſa eſt &c*, ex Veſperis Officij B. Mariæ in Sabbato, vel (ùt nonnemo alius exiſtimat) Verſus: *Dignare me &c*, ex Feſto B. V. ad Nives 5. Aug.

*Pag.* 219. *col.* 1. *lin.* 15. *dele* hodie & lin. 18. & 19. *pro* in ejuſmodi loco *imprimend:* etiam ibi, ubi 15. Jul. S. Henricus ſub *Ritu ſemid.* celebratur, verſus ille

*Pag.* 219. *col.* 1. *lin.* 31. *poſt* Hymno, *adde*: Vide præterea dicenda inferiùs P. ult. ſive in INDICE V. *Hymnus*. Itaque non deſunt, qui (ùt ibidem dicetur) contendant, in Hymno *Iſte Confeſſor* nunquam eſſe mutandum tertium Verſum, ſi Feſtum alicujus confeſſoris *à Die*, quô *obijt*, ſolummodo transfertur in Diem immediatè ſequentem, adeoque non ultra unum Diem, eſto in primis Veſperis non ſit de eo factum à *Capitulo*, ſed tantùm facta ſit de ipſo *Commemoratio*. Rationem dant, quòd dies *Depoſitionis* computetur pro eodem, qui eſt dies *Obitûs*; & hanc ſententiam teneri etiam ab Auctore Directorij Romani, ſcriptum fuit ad me Româ annô 1720. die 29. Junij, ſatiſque ex ipſo illius anni *Directorio Romano* colligi ab illud inſpicientibus poterat; dum neque die 7. Junij, in quem, ob occurrentem pridie diem *Octavam* SS. Corporis Chriſti, translatus fuerat *S. Norbertus*, neque die 15. Julij, in quem, ob occurrens pridie Feſtum duplex ordinariè transfertur *S. Henricus Imperator* in Eccleſia univerſali, neque 19. Octobris, in quem, ob præcedens Feſtum *duplex 2. claſſis*, pariter transfertur *S. Petrus de Alcantara* in Eccleſia univerſali, neque in alijs hujuſmodi caſibus juſſit fieri mutationem *tertij Verſûs* in dicto Hymno, tametſi die præcedente (qui erat *dies obitûs* illorum Sanctorum) nec dictum fuerit *Capitulum*, nec *Hymnus* de prædictis *Feſtis*, ſed tantùm facta fuerit commemoratio in primis eorum Veſperis, hoc eſt, die *Obitus* eorum: Cui equidem ſententiæ ſuffragatur, ſi Piſarto credimus, ipſius S. R. C. auctoritas, inferiùs Tit. XII. die 2. Decembr. circa finem referenda. Unde vel non eſt authenticum, vel rurſus abrogatum, aut non ritè intellectum, illud aliud Decretum, quod, tanquam à S. R. C. 1683. 13. Jan. editum, aliqui in oppoſitum allegant, tanquam non *abſolutè* ac *ſine omni addito* concedens, ut, quando Feſtum alicujus S. Confeſſoris transfertur in Diem ab ejus *Obitu immediatè ſequentem*, tunc ſine mutatione *tertij* Verſus dici queat die illo ſequente, in quem illud tranfertur, Hymnus *Iſte Confeſſor &c*, ſed tantùm cum addito: *dummodo primæ Veſperæ non ſint impeditæ*. Verùm cùm clauſula hæc in illo alio Decreto (inte-

ſeriùs, ùt dixi, referendo ) non reperiatur, ſed *abſolutè*, ac *ſine addito* dicatur: *Quandocunque Feſtum S. alicujus Confeſſoris transfertur in diem ab ejus Obitu immediatè ſequentem, non eſſe mutandum tertium Verſum* in Hymno: *Iſte Confeſſor &c, neque in primis, neque in 2. Veſperis &c*, & hoc ipſum à pluribus jam annis ipſum quoque *Romanum* obſervet *DIRECTORIUM*, ideo pro apocryphis habendæ erunt quorumdam Breviariorum extra Romam impreſſorum ſequentes Rubricæ, 1. earum eſt Officio S. Henrici Imperator. Confeſſ. 15. Julij, item Officio S. Hyacinthi 16. Aug. nec non Officio S. Petri de Alcantara 19. Octobris, item Officio S. Raymundi Nonnati 31. Auguſti, ac denique Officio S. Didaci Confeſſor. 13. Novembris præfixa, jubens in Hymno: *Iſte Confeſſor &c* mutare tertium Verſum; quibus inſuper accedit Officio S. Franciſci Xaverij 3. Dec. adſcripta, ac ità ſonans: *In Hymno ad Matutinum, & in 2. Veſperis mutatur 3. Verſus.* Quarum nullam, ùt dixi, agnoſcit ac ſequitur moderni Temporis *Directorium Romanum.* Dici quoque poteſt ad ſuprà in Oppoſitum adducti Decreti *clauſulam*, etiam in caſu, quò de S. Confeſſore in *Die quò obijt*, fit in 1. Veſperis ſaltem de eo *Commemoratio*, jam verificari ſufficienter, quòd *primæ de eo Veſperæ* non ſint ſimpliciter, ſeu penitùs impeditæ, ſi die immediatè diem Obitûs ſubſequente fiat de ipſo Officium, prout tamen eſſent impeditæ, ſi ejus Feſtum ultra Diem illam Diem Obitûs immediatè ſubſequentem transferretur; tunc enim utique mutandus eſſet 3. Verſus Hymni *Iſte Confeſſor* Die illo, in quem transferretur Feſtum ejuſmodi S. Confeſſoris, non modò in *Matutino* & ſecundis Veſperis, ſed etiam in primis, ùt per ſe patet, & hoc ſolùm ſibi velle prædictam clauſulam.

*Pag. ead. col. 2. lin. 1. poſt* non Pont. *adde*: In Hymno *Iſte Conſ.* juxtà paulò antè dicta etiam hodie non mutatur 3. Verſus.

*Pag. 221. col. 1. lin. 30. poſt* hac die. *adde:* Notandum tamen eſt, quòd, poſtquam hoc Feſtum ex Feſto *ad libitum* factum eſt Feſtum *ubique de Præcepto*, in Lectione prima II. Nocturni non multùm ab initio poſt verbum *nuptiarum* inſerenda ſint inſuper ſequentia 4. verba: *Peculiari DEi monitu relinquens*; ità enim jubet Auctoritas hujus Temporis Breviariorum.

*Pag. 223. col. 1. lin. 5. pro* duplici *imprimend:* ſimplici.

*Pag. 226. col. 1. lin. ult. poſt* Vigilia *dele punctum, & locò puncti adde:* poſt Nonam.

*Pag 228. col. 1. lin. 24. poſt* Rationes *dele* idque *Ibid. col. 2. lin. 1. pro* Dupl, primi *imprimend:* Dupl. primò

*Pag.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. 229. col. 2. lin.* 19. *pro* propio *imprimend:* Proprio

233. *col.* 1. *lin.* 7. *poſt* currat *locò puncti fac comma, & poſt illud pro* Col. vir. *imprimend:* ac craſtini ſimplicis ; tunc autem color currenti Octavæ conveniens, alioqui ( ſi nempe nulla currat Octava) *Col. virid. Ibid. col.* 1. *lin.* 12. *pro* 1. de Scriptura *imprimend:* I. Noct. de Scriptura *Ibid. col.* 1. *lin.* 19. *&* 20. *pro* 2. à cunctis 3. ad libitum *imprimend:* 2. de ſimplici occurrente 3. *A Cunctis.*

*Pag. 234. col.* 1. *lin.* 22. *poſt* tranſijt *pro puncto fac ſemicolon, & poſt hoc adde:* dirigi enim illam immediatè ad FILIUM ( adeoque per Rubric. General. IX. Miſſal. n. 17. *priori*, non autem *poſteriori* modo eſſe concludendam ) rectè ex Verbis illis: *DEUS, qui ad majorem tui NOMINIS Gloriam propagandam &c*, colligi videtur.

*Pag. 235. col. 2. lin. 20. pro* mora *imprimend:* mota *Ibid. col.* 2. *in.* 21. *pro* practicanda *imprimend:* practicandam

*Pag. 236. col.* 1. *lin.* 17. *pro* dato *imprimend:* impetrato primitus 5. Januar. 1674. pro Perſonis Soc. JESU ad Aſſiſtentiam Hiſpaniæ ſpectantibus, poſtea verò die

*Pag. ead. col.* 1. *lin.* 18. *pro* Perſonis *imprimend:* extenſo inſuper ejuſdem Sedis Apoſtolicæ, & Sacr. Rit. Congr. auctoritate *Ibid. col.* 1. *lin.* 19. *pro* Soc. JESU pertinentibus *imprimend:* & Luſitaniæ ac tandem 22. Nov. 1687. etiam Italiæ, & noſtris *Ibid. col.* 2. *lin* 12. *pro* Scriptra *imprimend:* Scriptura *Ibid. col.* 2. *lin.* 14. *pro* Februanio *imprimend:* Februario,

*Pag.* 240. *col.* 1. *lin.* 20. *pro* Spiritu *imprimend:* Stephano *Ibid. col.* 1 *lin.* 20. *&* 21. *pro* 3. Eccleſiæ vel pro Pap. *imprimend:* 3. de S. Spiritu.

*Pag.* 241. *col.* 1. *lin.* 35. *poſt* unam ) *adde:* & de eodem in *Laudibus & Miſſa* facienda commemoratio: *Ibid. col.* 2. *lin.* 15. *poſt* Jun. *adde:* quod refero P. III. Tit. 2.

*Pag.* 243. *col.* 1. *lin.* 17. *pro* memorat *imprimend:* memorato

*Pag.* 245. *col.* 1. *lin.* 22. *&* 23. *pro* duplic. *imprimend:* Dupl.

*Pag.* 251. *col.* 2. *lin.* 18. *pro* celebrae *imprimend:* celebratur *Ibid. col.* 2. *lin.* 28. *pro* Commun. *imprimend:* Communi

*Pag. ead. col.* 2. *lin.* 29. *pro* d. *imprimend.* de

*Pag.* 253. *col.* 2. *lin.* 27. *pro* tale *imprimend:* tali

*Pag.* 253. *col.* 2. *lin.* 30. *pro* adeoqui *imprimend:* adeoque

*Pag.* 257. *col.* 1. *lin.* 34. *poſt* Col. alb. *adde:* Hodie prohibentur Miſſæ quæcunque ( etiam de Feſto hodie occurrente) in ORATORIJS *privatis*, alioquin ex Indulto Apoſtolico, exceptis tamen ſolemnio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mnioribus Feſtis, in ijs celebrari conceſſæ, juxta ea, quæ habentur infrà P. III. Tit. IX.

*Pag. 259. col. 1. lin. 1. verbo* mutatur *præponi debet particula* non

*Pag. 260. col. 1. poſt lineam 29. ponenda ſunt ab initio ſequentia verba:* In omnibus Regnis, & Dominijs hæreditarijs Sac. Cæſ. Maj. dicuntur hodiernæ Veſperæ (niſi hodie, vel cras occurrat Dominica, vel Feſtum altioris Ritûs) ùt infrà à Capitulo de *S. Ludovico* [Toloſa-*no* Epiſc. Conf. cum commemorat. præcedent. *Col. alb.*

*Pag. ead. col. 2. poſt lineam 19. poni debent ab initio ſequentia verba:* In omnibus Regnis & Dominijs hæreditarijs (niſi vel ob occurrentem hac eadem die Dominicam, vel ob Feſtum altioris Ritûs aliquando aut alicubi ſit transferendus) *Officium* & *Miſſa* de S. Ludovico Toloſano Epiſcopo Conf. ſub *Ritu ſemiduplici de præcepto* ab univerſo Clero, Sæculari, & Regulari utriuſque Sexûs, in communi Confeſſ. Pontif. ſervatis in reliquis Rubricis Breviarij Romani, uti habetur in Decreto Sacr. Rit. Congr. ſub die 21. Maij 1692. id concedente pro die ejus Feſto, in quo DEUS Opt. Max. inſignes, & ſemper memorandas Cæſareis Exercitibus contra Turcas in hoc bello Victorias dignatus eſt elargiri. Ità reſcriptum eſt Româ Paſſavium 2. Decembr. 1719. ad dubia quædam ex Secretario Sacr. Rit. Congr. reſoluta.

*Pag. 261. col. 2. lin. 19. pro* Thimotheo *imprimend:* Timotheo

*Pag. 262. col. 1. lin. 6. poſt* quæ *adde:* juxta modernam de concurrrentia Officij

*Pag. 272. col. 1. lin. 16. poſt* Confeſſor *adde:* juxta alibi dicta & dicenda non ampliùs

*Pag. 273. col. 1. lin. 14. poſt* Confeſſor. *adde:* non ampliùs

*Pag. 278. col. 2. lin. 6. & 7. pro* præter Orationem, quæ eſt *imprimend:* etiam Oratio, quæ non eſt

*Pag. 282. col. 2. lin. 11. omitte* non tantùm

*Pag. 283. col. 2. poſt lin. 28. imprimi debent ab initio ſequentia:* De alijs hujus Feſti OCCURRENTIJS, & CONCURRENTIJS Vid. P. III. Tit. 3. Concluſ. 2. 3. & 6.

*Pag. 287. in Titulo columnari pro* Tit. XI. *imprimend:* Tit. IX.

*Pag. 288. col. 2. lin. 37. pro* MF. *imprimend:* MM.

*Pag. 290. in Titulo columnari pro* Tit. XI. *imprimend:* Tit. IX.

*Ibid. col. 2. lin. 8. poſt* ejuſdem *locô commatis fiat ſignum* ) I-*bid. col. 2. lin. eadem poſt* tunc *fiat comma, & poſt comma adde ſequentia:* ubi Feſtum *S.* NOMINIS non eſt duplex 1. aut 2. claſſis,

Pag.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. 292, in Tit. columnari pro* Tit. XI. *imprimend:* Tit. IX. *Ibid. col.* 1. *lin. 34. ante* niſi *fiat ſignum Parentheſis hoc modó* ( niſi

*Pag. 297. col. 2. lin. 30, poſt* prima. *adde* Si incidat hoc Feſtum in *Feriam VI.* quatuor Tempor. tunc Poſt-Communio pro *Feria currente* ſumenda eſt in Miſſis privatis ex *Miſſa ſabbati* ſequentis.

*Pag. 300. col. 2. lin.* 16. *omitte* & *Ibid. columnâ & lineâ eâdem poſt* laudibus *fac comma, ac poſt comma adde:* &

*Pag. 302. col.* 1. *lin. 5. pro* quarta *imprimend:* quatuor

*pag. 306. col. 1. lin. 33. pro* non dicitur *imprimend:* eſt de S. Thecla,

*Pag 308. col.* 1. *lin. 17. poſt* Col. alb. *adde:* viciſſim, ſi cras alicubi fit Officium de Feſto S. NOMINIS B. V. translato, ibi in hodiernis Veſperis nihil fit ampliùs de Feſto B. V. *de Mercede*, ne quidem commemoratio, ſed integræ dicuntur de Feſto Nominis B. V. ſub Ritu *duplici majore* cras celebrando, ac proinde ſumendo tunc 9. Lectionem ex Officio B. M. V. in Sabbato menſe Septembri, ùt ſuô locô notatur. *Col. alb.*

*Pag. 311. col. 1. lin. 11. poſt* ad libitum *locô commatis fac duo puncta, ac poſtmodum locô eorum, quæ ibi lin. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. habentur imprimenda ſunt ſequentia:* at verò in Societate JESU, in qua ex indulto ſingulari CLEMENT. Pap. XI. de anno 1717. die 17. Novemb. habet *Ritum duplicem*, cum Indulgentijs plenarijs pro noſtris omnibus, in eo præſcripta peragentibus, ob confirmatam hoc die à Sede Apoſtolica Societatem, dicenda quidem eſt per ſe loquendo in Miſſa hujus Feſti unica oratio, niſi ratione *occurrentis Dominicæ*, aut *Diei infra Octavam* facienda ſit harum commemoratio; quia tamen pro eadem hac die ob confirmatum in ea Societatis Inſtitutum indicitur ejuſdem Patribus oblatio hodierni Sacri DEO Opt. Max. in gratiarum actionem pro tanto beneficio, & ſimul pro felici ejuſdem Societatis ſtatu, ac progreſſu ab eodem impetrando, quotannis facienda, uti & ejuſdem Societatis Fratribus facienda in eumdem finem recitatio certarum precum &c, ideo in Societate JESU Orationi de currente Feſto non incongruè addi poſſe videtur ORATIO *pro gratiarum Actione*, quæ extat in fine Miſſæ votivæ de SS. Trinitate; an verò ſub una concluſione cum prima, an ſub diverſâ, vid. Arnaud. Epit. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 8. item P. ead. Tit. 7. n. 7. ac denique dicenda à me inferiùs P. III. Tit. 7. à n. XII. uſque ad n. XIII.

*Pag. 314. in Titulo columnari pro* Tit. XI. *imprimend:* Tit. IX.

*Pag. 315. col. 2. lin. 12. poſt verba* ad locum. *omnia illa imprimi debent (& quidem ab initio) quæ in prima Editione Ephemerologij impreſſa extant in fine Partis II. à fol. 477. col. 1. lin. 16. ab iſtis verbis:* At ex Decreto *uſque ad ultima verba col. 2. ſequentis folij* 478. *quæ ità ſonant:* Die 3. Octobris 1716. &c. *Antequam tamen ea imprimantur in nova Editione poſt dicta verba:* ad locum. *monendi ſunt Impreſſores primò, ut, quando in imprimendo devenerint ad folij 477. columnam 2. & hujus columnæ lineam 17. & 18. pro* victorisè *imprimant* victorijs *& pro* plans *imprimant* planè *item, ut quando eodem folio & eadem columna devenerint imprimendo ad lineam 19. pro* omnei *imprimant* omnes *ac denique, ut, quando ad ejuſdem folij col. 2. lin. 24. & 25. imprimendo devenerint, pro* conſuetudine *impr:* conſuetudines *P. 318. c. 1. l. 19. pro* hacteuns *impr:* hactenus

*Pag. 319. col. 1. lin. 16. poſt* videatur. *adde:* Unde, ut traditæ à Piſarto Sententiæ etiam ego in altera hac libri hujus Editione abſolutè ſubſcriberem, non modò adductæ hactenus Rationes, ſed etiam ipſius DIRECTORIJ ROMANI, eamdem Sententiam practicantis, apud me auctoritas effecit; cùm enim anno 1718. Feſtum SS. Angelorum Cuſtodum, ob occurrens die 2. Octobris eô annô *Feſtum Roſarij* (quod modò in tota Eccleſia eſt *Duplex majus* de præcepto) à Die, quô alioquin in Eccleſia univerſali celebrari ſolet, transferri ex Rubricarum præſcripto debuerit in diem *tertiam* Octobris, adeoque annô illô in ſecundis ſuis Veſperis *concurrerit* cum *duplici* ſequente ejuſdem ſecum Ritûs, nempe cum Feſto S. Franciſci Seraphici, Directorium Romanum diſertè tunc juſſit Die 3. Octobr. *integras* Veſperas dicere de S. Angelis Cuſtodibus, translatis in illum diem, de ſequente autem Feſto *duplici minore* facere ſolummodo *Commemorationem*, non autem *dividere* cum ipſo Veſperas, quantumvis Feſto Angelorum Cuſtodum pariter nonniſi Ritum *duplicis minoris* expreſsè attribuerit, qualem nempe (& quidem *de præcepto*) à plurimis jam annis habet in Eccleſia univerſali, ac nominatim Romæ. Ad ſuprà in oppoſitum adductam Gavanti & Bauldry auctoritatem quod attinet, ea Sententiæ, quam cum Piſarto propugno, & conformiter Rubricæ general. XI. Breviarij n. 2. ante fin. modò in Praxi, ùt vidimus, etiam ſequitur *Directorium Romanum*, neutiquam officit: licèt enim Gavantus in Editione veteri Theſauri ſui Rubriciſtici anno 1638. editi To. 2, ſect. 7. c. 12. poſt hujus initium ſcripſerit (& id ipſum ex eo poſtmodum Bauldryus exſcripſerit) quòd *Feſtum SS. Angelorum Cuſtodum* ſit *duplex minus, & dividat Veſperas cum S. Hieronymo,*

&

*& cum quocunque alio duplici , ſi alicubi concurrat poſt primum diem Octobris ;* quia tamen id ſcripſit eo tempore, quô Feſtum SS. Angelorum Cuſtodum nondum erat *Feſtum de Præcepto* in univerſali Eccleſia , ſed ſolummodò *Feſtum ad libitum* , quod tunc temporis prima die poſt Feſtum Dedicationis S. Michaëlis Archangeli , Officiô 9. Lectionum non impeditâ , ex Indulto Pauli V. Pontificis , 27. Septembr. 1608. emanato , *Officio duplici* ab eodem approbato celebrari poterat, attamen non eodem prorſus modo, quô juxta communes Rubricas fas eſt celebrare *Feſta* ejuſdem claſſis *de Præcepto* , ſed juxta formam à Sacr. Rit. Congreg. anno 1619. 22. Martij , & 1627. die 2. Octobr. apud cit. Gavantum præſcriptam , & declaratam , idque ob quaſdam ſpeciales cauſas, ibidem à Gavanto in veteri ſui operis Editione de anno 1634. & 1638. relatas, factámque à ſacra Congregatione tunc temporis limitationem , ac diſpoſitionem pro certis hujus Feſti *occurrentijs* , & *concurrentijs* id jure tunc depoſcentes , nunc autem , poſtquam Feſtum SS. Angelorum Cuſtodum à Clem. X. ex *Feſto ad libit.* factum eſt *Feſtum de Præcepto* , juſſúmque celebrari in Eccleſia univerſali ſub Ritu *duplici minore* die 2. Octobris ( uti videre eſt apud Gav. To. 2. recentioris Editionis , ſect. 7. cap. 12. ad diem 2. Octob. ) ceſſârunt illæ cauſæ, ob quas tempore illo , quô ſuperiùs dicta ſcripſit Gavantus , ſacra Congregatio Rituum noluit illud Feſtum , ( nondum ſtabilem habens *diem* , nec etiam Ritum adhuc *duplicis de præcepto* ) habere *integras Veſperas* in *Concurſu* cum alio *duplici* quocunque, etiam *minore*, ſed eas tunc voluit cum hoc dividere, ideo rectè modò, & conformiter Rubricæ XI. general. Breviarij Romani n. 2. ante fin. Directorium Romanum in concurſu cum alio *duplici minore* tribuit Feſto *SS. Angelorum* integras Veſperas , alteri verò duplici ſolummodò commemorationem in caſu ſuprà dicto, uti ad me reſcriptum Româ eodem anno 1718. ex mente celeberrimi cujuſdam ibidem Rubriciſtæ , atque etiam ipſius ( ſi Reverendiſſimo D. Henrico Piſarto credimus ) ſacr. Rit. Congr. Declaratione , de anno 1704. die 12. Jul.

*Pag. ead. col.* 1. *lin. 29. pro* ac *imprimend* : de

*Pag. 322. col. 2. lin. 35. pro* ex accepta *imprimend* : excepta

*Pag. 325. col. 2. lin. 16. pro* de *imprimendum* : dicuntur

*Pag. 328. col.* 1. *lin. 8. ante* II. *imprimend* : in *Ibid. col. 1. lin. 9. poſt* propriæ, *adde* : in

*Pag. 330. col. 2. lin. 26. poſt* de *imprimend* : Dominica, & de

*Pag. 334. col. 2. lin. 26. poſt* ſecreta *adde* : & Poſt-Communio *Ibid. col. 2. lin. 27. poſt* ſecreta *adde* : & Poſt-Communione



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag. ead. col. 2. lin. 31. poſt* ſecreta *adde :* ac Poſt-Communio

*Pag. 337. col. 1. lin. 36. poſt* dicitur *pro* cum *imprimend:* ſinè *ibid. col. 1. lin. 37. poſt* verſus. *locô puncti fiat comma , & poſt comma adde:* juxta dicta Tit. VII. die 14. Jul. in fin. *Ibid. col. 2. lin. 32. poſt* altiorem Ritum *locô commatis fiat ſignum* ) *in hunc modum* altiorem Ritum )

*Pag. 340. col. 2. lin. 16. poſt* Miſſa, *adde :* nec non cum 9. de eodem in illo extra Dominicam lectione, *Ibid. col. 2. lin. 33. pro* Da *imprimendum :* De

*Pag. 348. col. 2. lin. 22. pro* Miſſis *imprimend :* Miſſa

*Pag. 350. col. 2. lin. 5. poſt* Miſſa *adde :* Vigiliæ

*Pag. 352. col. 2. lin. 36. poſt* Fidelis ſermo &c, *adde :* quæ lectiones de communi Conf. Pontif. ſumi in I. Noct. omnino ibi debent, ubi S. Wolfgangus *tanquam Patronus* ſolemniter celebratur. Ita enim præſcribit Rubrica general. XXVI. Breviar. n. 9. poſt init. alleganda à me inferiùs P. III. Tit. 1. Concluſ. 4.

*Pag. 354. col. 1. lin. 21. poſt* annotamus. *locô puncti fac comma, & poſt comma adde ſequentia :* & inſuper conſtat ex quodam Reſcripto Romano de die 22. Decembr. 1719. quo cuidam ex noſtris Patribus Paſſavienſibus reſponſum fuit, Feſtum PATROCINIJ B. M. V. eſſe omittendum, pro illo anno in ejuſmodi caſu.

*Pag. ead. col. 1. lin. 24. & 25. pro* eàmque *imprimend:* éſtque *Ibid. col. 1. lin. 25. pro* privilegiatam *imprimend:* privilegiatum *Ibid. col. 2. lin. 12. poſt* Præf. commun. Col. alb. *adde :* Hodie prohibentur Miſſæ quæcunque (etiam de Feſto currente) in *ORATORIIS privatis*, alioquin in ijs, exceptis tamen quibuſdam ſolemnioribus Feſtis, ex Privilegio Apoſtolico celebrari conceſſæ, juxta ea, quæ habentur infrà P. III. Tit. IX.

*Pag. 372. col. 1. lin. 10. poſt 9.* Lectionum. *locô puncti fac comma, & poſt comma adde :* & quidem in Societate JESU fit tunc de hoc Feſto ſemiduplici translato, antequam fiat de S. Didaco, itidem translato, non obſtante, quòd dies Obitûs S. Didaci ſit ille ipſe, in quo occurrit S. Martinus Pap. & Mart. nempe dies 12. Novembris; quia hunc ordinem in transferendis Feſtis ejuſdem Ritûs requirit Rubric. general. X. Breviar. n. 7. juxta inferiùs dicenda *P. III. Tit. 6. §. 12. colligend. 3.*

*Pag. 393. col. 2. lin. 33. pro* 1. claſs. *imprimend :* 2. claſſis.

*Pag. 395. col. 2. lin. 7. poſt* Feſtor. *adde* ; item P. III. Tit. 1. Concluſ. 8. Illat. 2. ubi reſolvo hunc caſum.

*Pag. 397. col. 1. lin. 21. omitte ſequentia verba :* ſeu, ubi non eſt duplex, extra Advent.

*Pag. ead. col. 2. lin. 14. poſt* Col. rub. *adde ;* Si Feſtum S. Bibianæ, aut

aliud

aliud 9. Lectionum in Decembri transferri debeat, nec celebrari poſſit ante dies illos, quibus occurrunt Antiphonæ privilegiatæ *O &c.* debet celebrari uno ex illis diebus, ut rectè ex Rubrica circa Antiphonas majores O, probat *Gob. Tr. 5. n. 658.*

*Pag. 398. col. 1. lin. 3. pro* 1683. 13. Jan. *imprimend:* inferiùs allegan-da *Ibid. col. 1. lin. 9. poſt* meruit beatas *locô commatis fiat* Punctum. *Ibid. col. 1. lin. 9. & 10. omittantur hæc verba:* dummodo 1. Veſperæ non ſint impeditæ, *Ibid. col. 2. lin. 28. pro* ſuppoſitiarum *imprimend:* ſuppoſititiarum,

*Pag. 400. col. 1. lin. 2. pro* Die obitûs *imprimend:* Diem Obitûs

*Pag. 401. col. 1. lin. 8. poſt* honores *punctum mutetur in duo puncta, & poſtmodum adde:* Item ab illis, qui die 15. Julij, item 19. Octobr. & 13. Novemb. occurrentium Sanctorum Officijs hanc præfixerunt Rubricam: *In Hymno* Iſte Confeſſor &c *mutatur tertius Verſus.*

*Pag. 403. col. 2. lin. 20. & 21. pro* ocſucam *imprimend:* occaſum *Ibid. pro* devote *imprimend:* devotè

*Pag. 404. col. 1. lin. 7. pro* VIII. *imprimend:* VII.

*Pag. 406. col. 2. lin. 36. pro* 81. *imprimend:* 18.

*Pag. 408. col. 1. lin. 24. poſt punctum verbi* declarando. *adde:* Quomodo autem ſit procedendum, quando tam Feſtum S. Andreæ, quàm Feſtum S. Franc. Xaverij alicubi eſt transferendum, vide infrà P. III. Tit. 1. Concluſ. 8. Illat. 2.

*Pag. 417. col. 1. lin. 35. poſt* occurreret. *locô puncti fac comma & poſtmodum adde:* nec etiam *Diei infra Octavam* alterius Feſti habentis octavam, uti in Societate JESU habet Feſtum S. Franc. Xaverij.

*Pag. 425. col. 1. lin. 26. poſt* Commemoratio *adde* de Octava Conceptionis (de qua etiam præfatio in hodierna Miſſa) nec non

*Pag. 429. col. 2. lin. 21. poſt* n. 6. *imprimend:* & Tit. 12. n. 2.

*Pag. ead. col. 2. lin. 35. poſt* ferialem. *adde:* Hanc, & non de *Octava*, eſſe dicendam, tenet etiam R. D. Henricus Piſart in Libello, cuj Titulus: *Cæremoniæ Eccleſiæ &c*, impreſſo Coloniæ 1722. in Expoſitione Literali Rubricar. Dominicar. & Feriar. Advent. n. V. f. 4. ubi eam confirmare nititur ex Miſſali anno 1714. Romæ edito, ſed ut ſubſiſtat confirmatio, & Is ſibi ac Gavanto non contradicat, dicendum eſt: ibi lin. 15. folij. 4. locô verborum *: de Octava* imprimendum fuiſſe: *communi*; & viciſſim lin. 21. ejuſdem folij poſt *Communis:* addenda fuiſſe hæc verba: *in priori verò, ſeu Miſſa de die Octava, Præfatio de Octava*, ùt conſideranti patebit. Idem f. 12. in fi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne allegati à ſe Decreti Romani per errorem addidiſſe videtur hæc verba: *Scilicet de Nativitate*, uti legenti citatam ab ipſo Rubricam, & infrà P.II. Tit. XII. à me tradenda ad diem 25. Dec pariter liquebit.

*Pag. 430. col. 1. lin.* 14. *poſt* violacei. *adde:* Quòd autem in tali caſu, quo nempe *Feria quatuor Temporum* incidit in *Diem infra Octavam Conceptionis*, in quo OFFICIUM fit quidem de currente Octava, MISSA autem diſcordat ab Officio, hoc eſt, non dicitur de currente *Octava*, ſed de *Feria quatuor temporum*, infra *Octavam* illam occurrente, non debeant dici *duæ Miſſæ* Conventuales ( una ſcilicet de *Octava*, altera de *Feria IV. Temporum* ) ſed una tantùm, & quidem etiam ipſa, perinde ac *Miſſæ privatæ*, de *Feria quatuor Temporum* occurrente, manifeſtum eſt ex Rubrica general. III. Miſſal. n. 1. & 3. uti conſtat ex Arnaud. *Tr. 1. P. 1. Tit. 3. n.* 1. *&* 2. ac ipſo Gavanto *To. 1. Tit. 3. n. 1. &c.*

*Pag. ead. col. 2. lin.* 30. *poſt* 14. Aug. *adde*: conformiter ijs, quæ tradit Arnaud. Tr. 1. P. I. Tit. 3. n. 1. 2. & 3.

*Pag. 434. col. 1. poſt lin.* 13. *adde ab initio ſequentia:* Quæres: Quale *Officium* & *Sacrum* infra annum dicendum ſit ab ijs, qui habent facultatem ex Sedis Apoſtolicæ Indulto ſub *Ritu ſemiduplici* recitandi infra annum *Officium* de *immaculata Conceptione B. M. V.* diebus Sabbatinis non impeditis, h. e. illis, in quibus non eſt ponendum Officium de Feſto *Duplici* vel *Semiduplici* ( etiam translato ) nec de *Die octava*, aut *Die infra Octavam*, nec *de Feria* aliqua *majore* ( quales ſunt omnes *Feriæ Quadrageſimæ & Adventûs*, nec non *Feriæ omnes quatuor Temporum*, ac etiam *Feria* II. Rogationum ) nec de Vigilia ſive *cum Jejunio*, ſive *ſine Jejunio*, nec denique de *aliqua Feria*, in qua ſecundùm Rubricas eſt *reponendum Officium* alicujus Dominicæ? ℞. Ab ijs, qui etiamnum gaudent Indultô recitandi *Officium proprium de Conceptione immaculata B. V. MARIÆ, jam olim à Sacra Rituum Congregatione approbatum, & diebus Sabbatinis non impeditis recitari conceſſum*, nempe cum proprio *INVITATORIO* ( *Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ celebremus: Chriſtum ejus Præſervatorem adoremus Dominum*) nec non *cum proprijs ANTIPHONIS, CAPITULIS, VERSICULIS, LECTIONIBUS, & RESPONSORIIS proprijs &c*, dicendum eſſe *Officium & Miſſam*, prout ambo cum Facultate Superiorum impreſſa extant tum in *Breviario* & *Miſſali* RR. PP. Franciſcanorum, tum etiam in Libello, anno 1640. in gratiam eorum, qui ſimili gaudebant Indultô, ſeu Privilegio, cum Titulo paulò antè relato, Monachij in lucem edito, cum proprijs

in

in Officio Antiphonis, alijsque ùt ſuprà, ac ibi, nec non cum propria *Miſſa*, quæ incipit: *Egredimini, & videte Filiæ Sion &c:* ſeparatim impreſſa, attamen ſub *Ritu*, ùt dixi, *ſemiduplici*, & omittendo infra annum in Oratione ſecreta & *Poſt-Communione* prædictæ Miſſæ vocem *Hodie*. Ab ijs autem, quibus ex Apoſtolico Privilegio primùm à recentioribus Pontificibus conceſſum eſt *Officium* & *Miſſam* de Conceptione immaculata *B. V. Mariæ* Diebus Sabbatinis non impeditis extra *Adventum* & *Quadrageſimam* infra annum recitare, debet tam *Officium*, quàm *Miſſa* infra annum dici, uti dicitur in Feſto die 8. Decembris in Eccleſia univerſali, attamen pariter ſub *Ritu* duntaxat *ſemiduplici*, & ſervatis de reliquo Rubricis generalibus Breviarij & Miſſalis Romani, adeoque *Officium* cum *Precibus* ad *Primam* & *Completorium*, ad *Veſperas* autem ac *Laudes* cum ſuffragijs Sanctorum tempori congruentibus; *Miſſa* verò cum *Gloria ſine Credo*, nec non cum *Commemoratione Feſti ſimplicis*, ſi quod occurrat: Aliàs Oratio 2. eſt de *S. Spiritu*. 3. *Eccleſiæ*, vel pro Papa. Præfat. de Concept. B. V. in fine *Ite* & Evang. S. Joan. *Col. alb.* *OFFICIUM de immacul. Conceptione B. M. V. infra annum* poſteriore hoc modô recitandi habentes Privilegium notabunt inſuper ſequentia: 1. In *Antiphonis*, *Verſiculis*, *& Reſponſorijs* infra annum omittenda eſſe verba: *Hodiernam*, *& Hodie*. 2. Lectiones II. & III. Nocturni ſumendas eſſe infra annum ex Octava ejuſdem Feſti Conceptionis, prout habentur diſpoſitæ per menſes ſemper binos in libello anno 1696. Neapoli, & anno 1719. Monachij impreſſo à f. 164. & à f. 31.

*Pag. 437. col. 1. lin. ult. poſt iſta verba:* in fin. Evang. S. Joan. *adde:* Quòd ſi in diem 18. Decembr. incidat Dominica III. vel IV. Adventûs, tunc Feſtum *Expectationis Partûs B. M. V.* in ijs locis, in quibus eſt conceſſum, transferendum eſt in diem ſequentem non impeditam Feſto 9. lectionum, idque juxta Reſcriptum Romanum de die 2. Decembr. 1719. ad quædam dubia à quodam ex noſtris PP. Paſſavienſibus propoſita.

*Pag. 438. col. 2. lin. 15. poſt* Oratio. *locô puncti fac comma & poſtmodum adde*: ſine addita alia.

*Pag. 447. col. 2. lin. 27. pro* 2. claſs. *imprim:* 1. claſs.

*Pag. 451. col. 2. lin. 23. pro* fol. 36. *imprimend:* fol. 361. *Ibid. col. 2. lin. 33. poſt* Col. alb. *adde*: Hodie prohibentur Miſſæ quæcunque (etiam de Feſto hodie occurrente) in *ORATORIIS privatis*, in quibus alioquin, exceptis tamen ſolemnioribus Feſtis, ex Privilegio Apoſtolico ad illorum Altare celebrari poteſt, prout infrà P. III. Tit. 9.

*Pag. 452. col. 2. lin. 9. poſt* de Requiem. *locô puncti fac comma, & poſtmodum adde*: aut decantetur Miſſa votiva ſolemnis *propriam* habens

*Præ-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Præfationem*; tunc enim hanc (non autem, uti hactenus communiter cum Gavanto P. I. Tit. 12. n. 4. lit. D. Arnaudo, Quarto, Gerlaco, & Lohnero docuerunt Rubriciſtæ, *Præfationem de Nativitate*) cum *communicantes* tamen de *Nativitate* in ea adhibendam eſſe, ſcribunt quidam recentiores Rubriciſtæ, allegantes Decretum S. R. C. de anno 1706. 25. Septembris, & 1714. 29. Septembr.

*Pag.* 453. *col.* 2. *lin.* 10. *poſt* extergendo *fiat ſignum*) hôc modô extergendo) *Ibid. col.* 2. *lin.* 11. *pro* cum *imprimend*: cùm *Ibid. col.* 2. *lin.* 13. *poſt* ſpeciebus *fiat comma*,

*Pag.* 454. *col.* 2. *lin.* 12. *poſt* cit. n. 19. *adde*: eò, quòd Reliquiæ illæ SS. Sanguinis, poſt primam & ſecundam Miſſam in fundo Calicis remanentes, non reputentur *tanquam Sacramentum expoſitum*, quoad *cultum publicum*: ſecus eſt de S. Hoſtia, in Cœna Domini pro ſequenti Feria 6. Paraſceves conſecrata, ac reſervata, coram qua præſcriptæ à Miſſali Romano *genuflexiones*, ac *Ritus* Miſſæ, coram expoſito SS. Sacramento celebratæ, omnino ſunt adhibendæ.

*Pag.* 462. *col.* 2. *lin.* 25. *poſt* faventem. *omiſſo punctô adde*: nonnihil, dum ità ſcribit: „Si in Eccleſia fuerit aliquod *Corpus eorum* (nempe SS. „INNOCENTIUM MM.) vel *inſignis Reliquia*, in die octava quidem „dicetur *Credo*, & tamen in die Eorum feſto fiet *Officium* (etiam Miſſæ) „in *Paramentis violaceis*, niſi aliter à Majoribus ordinetur, aut niſi ſit a„lia laudabilis Conſuetudo cum Concurſu Populi; quia tunc videtur „conveniens, ut fiat Officium in Paramentis rubeis, cum reliquis, quæ „ſapiunt lætitiam. Hæc ille.

*Pag.* 463. *col.* 1. *lin.* 6. *poſt* Dominica *locô commatis fiat hoc ſignum*) in *hunc modum* Dominica) *Ibid. col.* 2. *lin.* 28. *pro* excelſiis *imprimend*: excelſis,

*Pag.* 466. *col.* 2. *lin.* 33. *adde*: Id tamen hoc loco circa prædicta *tria* Feſta (nempe *S. Stephani*, *S. Joannis Apoſtol.* & *SS. Innocentium MM.*) venit inſuper annotandum, quòd nempe, ſi alicubi in aliquo illorum incidat Feſtum *Patroni*, *aut Dedicationis propriæ Eccleſiæ*, fieri debeat in ejuſmodi loco, & occurrentia de *Patrono*, aut *Dedicatione*, Feſtum autem S. Stephani, aut *S. Joannis*, aut *SS. Innocent. MM.* transferri in *Diem* eorum *octavam*, & tali in loco nec ipſum Eorum Feſtum, nec etiam Feſtum *Patroni*, aut *Dedicationis*, celebrandum eſſe cum octava; ob Rationem ſuprà ex Gavanto datam.

*Pag.* 468. *col.* 1. *lin.* 3. *pro* dicantur. *imprimend*: dicebantur.

*Pag.* 470. *col.* 2. *lin* 6. *pro* de Dominicam infra Octava *imprimend*: de Dominica infra Octavam

*Pag.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag.* 474. *col.* 1. *lin.* 34. *pro* Clement. XI. *imprimendum eſt* Nomen Papæ pro tempore ſedentis

*Pag.* 475. *col.* 1. *lin.* 8. *pro* primæ *imprimend*; ultimæ

*Quæ autem ejuſdem Paginæ* 475. *columnâ* 1. *ab hujus linea* 31. *ac ſequenti ejuſdem folij columnâ, ac ſubſequentibus folijs & columnis uſq. ad finem P. II. in prima Editione impreſſa extant, ea omnia à verbis illis:* Addenda ſuis locis II. Parti &c *uſque ad verba illa:* Die 3. Octobris 1716. &c (*extantia pag.* 478. *col.* 2. *lin.* 42. *in prima Editione*) *in Editione nova ſunt omittenda; eò quòd (ùt ſuppono) in Editione nova omnia illa jam ſuprà ſuô propriô locô fuerint addita ac impreſſa, atque adeò nequaquam hîc iterum ſint imprimenda. Addenda tamen ſunt in fine hujus P. II. etiam in Editione nova, nonnihil majore Charactere, uti in prima Editione, ſequentia verba:* FINIS PARTIS II.

# ADDENDA & CORRIGENDA
## IN
# PARTE III.
## EPHEMEROLOGIJ
*in ſecunda ejus Editione.*

*TITULUS principalis Partis III. Ephemerologij imprimendus eſt quidem in Editione nova, uti in prima ejus Editione, in hunc modum:*

# PARS TERTIA,
## CONTINENS
# PARATHEMATA EPHEMEROLOGII ECCLESIASTICO. RUBRICISTICI.

*Attamen in facie ſecunda illius Folij Charactere parvo imprimendus eſt ſequens* INDICULUS, *ſed tam iſte, quàm ille, poſt jam actu impreſſum totius Operis* INDICEM *univerſalem, ut hujus III. Partis folia in* INDICULO *citari poſſint.*

Omnium Titulorum Partis III.

# EPHEMEROLOGII.


TITULUS I. De Ritu ac Modo celebrandi Feſta Patronorum Loci, nec non Titulum propriæ Eccleſiæ &c. *fol.*

TIT. II. Quid obſervandum circa alia locorum Particularium Feſta, tam in propria, quàm aliena Eccleſia, celebranda? *fol.*

TIT. III. De Modo ac Ritu celebrandi Feſtum Dedicationis, ſeu Conſecrationis Eccleſiæ, ejúsque Diem Anniverſarium. *fol.*

TIT. IV. De Modo ac Ritu celebrandi Octavas Feſtorum. *fol.*

TIT. V. De obſervandis circa Feſta ad libitum. *fol.*

TIT. VI. De Occurrentia & Concurrentia Feſtorum, & reſpectivè etiam Dominicarum, Vigiliarum, ac Feriarum &c. *fol.*

§. I. De Occurrentia, & Concurrentia Feſtorum duplic. 1. claſs. *fol.*

§. II. De Occurrentia, & Concurrentia Feſtor. duplic. 2. claſs. *fol.*

§. III. De Occurrentia & Concurrentia Feſtorum duplicium majorum. *fol.*

§. IV. De Occurrentia & Concurrentia Feſtorum duplic. minorum. *fol.*

§. V. De Occcurrentia & Concurrentia Feſtorum ſemiduplicium. *fol.*

§. VI. De Occurrentia & Concurrentia tum dierum infra Octavam, tum etiam ipſarum dierum Octavarum. *fol.*

§. VII. De Occurrentia & Concurrentia Dominicarum. *fol.*

§. VIII. De Occurrentia & Concurrentia Feſtorum ſimplicium. *fol.*

§. IX. De Occurrentia & Concurrentia (paſſiva) Officij S. Mariæ in Sabbato. *fol.*

§. X. De Occurrentia & Concurrentia Feriarum. *fol.*

§. XI. De Occurrentia Vigiliarum. *fol.*

§. XII. Corollaria ex dictis de Occurentia & Concùrrentia Feſtorum, pro regulanda Feſtorum translatione. *fol.*

§. XIII. Corollaria pro regulandis Commemorationibus ſpecialibus in Officijs & Miſſis. *fol.*

§. XIV. Corollaria pro regulandis Commemorationibus communibus, ac ſuffragijs Sanctorum. *fol.*

TITULUS VII. De Miſſis votivis, tam privatis, quàm etiam ſolemnibus primi, ſecundi, & tertij generis. *fol.*

APPENDIX De Diebus & Feſtis, in quibus cantandæ ſunt plures Miſſæ Conventuales, ſeu Principales. *fol.*

TITULUS VIII. De Ritibus, ac Cæremonijs in Miſſis quibuſvis, tam ſolemnibus, quàm privatis, tam à celebrante, quàm etiam ab ejus Miniſtris obſervandis, *fol.*

TIT. IX. De celebratione Miſſarum in Oratorijs privatis. *fol.*

TIT. X. De Officio, & Miſſis Defunctorum. *fol.*

§. I. De Officio Defunctorum. *fol.*

§. II. De Miſſis Defunctorum (vulgò de Requiem) quà ſolemnibus, quà non ſolemnibus, ſeu privatis. *fol.*

§. III. Communia Miſſæ tam ſolemnis, quàm privatæ Defunctorum. *fol.*

§. IV. Propria Miſſarum privatarum de Requiem. *fol.*

§. V. Propria Miſſarum ſolemnium de Requiem. *fol.*

§. VI. De Sermone habendo, ac facienda abſolutione circa feretrum, aut Caſtrum doloris. *fol.*

TITULUS XI. De Ritibus, ac Cæremonijs in Recitatione cujuscunque Officij Divini, nec non ſingularum Horarum Canonicarum tam privata, quàm publica, ac ſolemni obſervandis. *fol.*


Pag.

*Pag. 6. col. 2. lin. 12. & 13. pro* Tract. 1. *imprimend*: Tract. 5.

*Pag. 7. col. 1. lin. 15. poſt* c. 3. n. 5. *adde*: Hinc plurium Diœceſeon (nominatim Brixinenſis, Paſſavienſis &c) recepta Praxis habet, ut licèt Principalis Patroni Diœceſani Feſtum in tota Diœceſi à Clero tam *ſæculari*, quàm etiam *Regulari* celebretur *Ritu duplici 1. claſs.* non tamen celebretur ab eo per totam Diœceſin cum *Octava*, præſertim à *Regulari*, ſed in Urbe ſeu loco ſolùm illo, in quo ſita eſt Eccleſia Cathedralis *Diœceſana*, in quo à *Clero* ſaltem *ſæculari*, & alicubi etiam *à Clero regulari* ex quadam Congruentia, aut recepta conſuetudine inſuper cum *Octava* celebratur; at quia hoc poſterius eſt tantùm *per accidens*, ideo nihil exinde præjudicij infertur contra oppoſitam, mihíque magis probatam aliarum Diœceſeon Praxin, ob Rationes paulò antè inſinuatas. Et verò, cùm in prædictis, ac pluribus alijs Diœceſibus, Feſtum *Patroni principalis* ne quidem à *Clero Diœceſano ſæculari* (ſaltem extra locum *Cathedralis*, aut *Titularis Eccleſiæ*) celebretur cum *Octava*, ineptè profectò agerent *Regulares*, ſi *extra ejuſmodi locum* ipſi ſoli *cum Octava* id celebrarent, ac *Clero Diœceſano ſæculari* hac in parte ſe difformarent.

*Pag. 10. col. 1. lin. 25. poſt* n. 1. *adde*: At *ſine addita Interpunctione*

*Pag. ead. col. 1. ante lin. 26. adde ab initio ſequentia verba*: Petes: Quomodo procedendum in caſu, quo alicubi quotannis Feſtum *Patroni Titularis propriæ Eccleſiæ*, aut aliud ſimile Feſtum 1. claſſis incidit in Feſtum *S. Stephani Protomart.* aut Feſtum *S. Joannis Evang.* aut *SS. Innocent. MM.* infra Octavam Nativitatis Domini? ℞. Ad hoc quæſitum me reſpondiſſe ſuprà P. II. Tit. 12. Die 28. Decembr. in fine.

*Pag. 15. col. 1. lin. 2. pro* habeat *imprimend*: habet *Ibid. col. 2. lin. 12. poſt* cedit *adde* quidem

*Pag. ead. col 2. lin 15. pro* Item *imprim*: non tamen ei cedit Feſtum Aſſumptionis B. M. V. (ùt idem ibidem, & nos infrà hac P. III. Titul. 3.) nec aliud Feſtum B. M. V. ſiquidem id celebretur *Ritu duplici* 1. claſs. & cum *Octava*, quæ pariter in *occurſu*, & *concurſu* cum *Feſti Dedicationis Octava*, hujus *poſterioris* Feſti *Octavæ* juxta inferiùs dicenda videtur præferenda. *Dedicationi* tamen *propriæ Eccleſiæ*, præter jam dicta Feſta *Patroni*, ac *Titularis* (Beatiſſima Virgine Maria inferiorum) cedunt inſuper

*Pag. 27. col. 2. lin. 24. adde*: Joan. Clericatus tamen *Tract. de Sacroſ. Miſſæ Sacrific.* poſt parænesin referens paulò antè relatum Decretum (approbante, ùt ait, Innoc. XII. publicatum) de non dicendis *Officio* & *Miſſa* de Sanctis, quorum *Corpora* aut *Reliquiæ inſignes aſſervantur in Eccleſiis*, niſi ea ſint *Sanctorum deſcriptorum in ipſo*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Martyrologio Romano*, & *fides certa habeatur de eorum identitate*, ſubjungit hæc verba: *excepto tamen, ſi in contrarium ſtaret Præſcriptio immemorabilis, quæ per hoc Decretum non cenſetur ſublata.* Hæc Ille.

*Pag. 30. col. 1. lin. 18. pro* quæritur 6. *imprimend.* Quæritur 7.

*Pag. 38. col. 2. lin 5. pro* Quintanadvenaus *imprimend.* Quintanadvennas

*Pag. 39, col. 2. lin. 13. pro* tenua *imprim:* tenuia

*Pag. 40. col. 1. lin. 11. poſt* Auctor. *adde:* Videri etiam poteſt P. Bruno Neuſſer Ord. minor. Recollect. in Tract. de Hor. Canon. Diſp. 3. Q. 2. ubi à n. 12. & ſeqq. Reſolvit 1. Clericum obligatum ad recitandum Breviarium exiſtentem negotiorum cauſâ ad breve tempus in loco, ubi eſt uſus alterius Breviarij, poſſe (niſi ſit Religioſus) ex iſto recitare Horas Canonicas, ſi velit, eſto non teneatur. 2. Habentem *Beneficium*, vel *Domicilium* in *Eccleſia*, vel Diœceſi, in qua eſt uſus Breviarij diverſi ab eo, quod eſt in uſu in *Eccleſia*, vel *Diœceſi* alia, in qua pariter habet *Beneficium* (qualecunque illud ſit) vel pariter *Domicilium*, poſſe privatim eas ex alterutro illorum recitare. 3. Regulares in itinere conſtitutos poſſe uti alio Breviario, niſi hoc ijs aliunde ſit vetitum. 4. Clericum ſæcularem addictum diverſis Eccleſiis, aut diverſarum Diœceſium, poſſe Breviarium cujuslibet illarum recitare. 5. Provincialem Regularium actu talem poſſe recitare officium, qualecunque illud ſit, quod recitatur in quolibet Conventu ſuæ Provinciæ. 6. Commorantem in alia Eccleſia poſſe uti illius Breviario (quamvìs non teneatur) aut proprio, niſi Breviarium ſit reſtrictum ad perſonas, aut ordinem tantùm. 7. Abſentem poſſe id dicere de Sanctis ſui loci, idémque etiam eſſe de Regularibus, niſi ex Statutis aut Regula hoc ijs ſit vetitum. 8. Obligatum ad Breviarium, ſive ſit Regularis, ſive Sæcularis, ſi ſit Socius, Sacellanus, Commenſalis alicujus Cardinalis, Epiſcopi &c, poſſe juxta illorum Breviarium hoc recitare per *Clementinam 2. de Celebrat. Miſſar.* 9. habentem plura Beneficia in pluribus Diœceſibus, poſſe recitare juxta Breviarium cujuſcunque illarum Diœceſium &c.

*Pag. 42. col. 2. lin. 11. pro* prohibilius *imprimend:* probabilius

*Pag. 44. col. 1. lin. 7. pro* & *imprimend:* at *Ibid. col. 2. lin. 1. pro* errori, d *imprimend:* error, id *Ibid. col. 2. lin. 36. pro* Sebbato *imprimend:* Sabbato *Ibid. col. 2. lin. 37. pro* habantibus *imprimend:* habentibus

*Pag. 47. col. 1. lin. 21. poſt* negativè. *adde:* Ex quibus proin Reſponſis

habe-

habetur 1. diebus *Dominicis*, alijſque *diebus*, quibus in Regularium Eccleſijs celebratur de ſanctis Ordinis ſub *Ritu duplici* cum *ſolemnitate* & *Concurſu Populi*, Sacerdotibus *exteris* ad eas confluentibus non eſſe permittendum, ut celebrent de *Dominica*, vel alio *Feſto*, aut etiam *de Requiem*; uti nec viciſſim *Regularibus*, ut diebus, quibus ipſi in ſua Eccleſia ſub Ritu duplici propria celebrant Officia, celebrantes in alienis Eccleſijs ipſi Miſſas celebrent cũ dictis ſuis *Officijs* concordantes, ſed (ſuppoſita *ſolemnitate*, & Concurſu populi) celebrantes in aliena Eccleſia celebrare de ijsdem ibi debere, de quibus illius Eccleſiæ Sacerdotes ibi celebrant, conformando ſe Ritui alienæ illius Eccleſiæ, etiam in caſu, quo faciendum *de Requiem.* Habetur 2. *Diebus Dominicis*, quibus aut *Regulares*, aut *exteri Sacerdotes* celebrant de *Dominica*, poſſe *Exteros* (celebrantes in Eccleſijs *Regularium*) uti coloribus Paramentorum, quibus utuntur *Regulares* ratione alicujus currentis apud hos Octavæ; & *Regulares* celebrantes in alienis Eccleſijs, uti ſimiliter poſſe Coloribus, quibus eæ juxta ſuum Ritum utuntur: Inſuper tam *Exteros* in Eccleſijs *Regularium*, quàm *Regulares* in alienis Eccleſijs celebrantes, poſſe Orationi Miſſæ Dominicalis in hujuſmodi caſu apponere Commemorationem Octavæ occurrentis tantùm juxta Rubricam de non dicenda (regulariter loquendo) tertia Oratione in Miſſa Dominicæ infra Octavam aliquam occurrentis.

Quantùm verò jam attinet ad *Feſta duplicia*, quæ tam in *propria*, quàm *aliena* Eccleſia ſine *ſolemnitate* & *Concurſu Populi* celebrantur eodem quidem Ritu, attamen in una de uno v. g. *Martyre*, in altera verò de aliquo v. g. *Confeſſore*, docent aliqui, ſi quis, recitans in propria Eccleſia *Officium duplex* de aliquo v. g. *Martyre*, Miſſam celebret in alia Eccleſia, in qua celebratur duplex v. g. de *Confeſſore*, poſſe talem ibi ſub *Colore albo* Miſſam celebrare de *Martyre*, & è contrario: Pro qua ſua Sententia allegant Praxin Romanam; ità enim vix non quotidie Romæ practicari ajunt conſtare ex quodam Reſcripto Romano de hoc ſpecialiter dato: Quia tamen eô non innuitur, ità fieri *debere*, ſed tantùm ità *fieri poſſe*, ideo non malè facturum cenſent Sacerdotem, ſi in ejuſmodi caſu etiam quoad ipſam Miſſam Eccleſiæ, in qua celebrat, aliquando ſaltem ſeſe conformet: à fortiori recitans OFFICIUM in ſua Eccleſia de ſimplici, aut ſemiduplici, celebrans in aliena Eccleſia, in qua agitur de *Feſto duplici*, poterit juxta hos dicere ibi Miſſam de *duplici*, juxta Ritum Eccleſiæ illius alienæ, in qua celebrat: Ego verò viciſſim cenſeo, non modò in priori, ſed etiam in poſteriori hoc caſu ſine ullo inconvenienti poſſe celebrantem in aliena Eccleſia illud ipſum

Sa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacrum facere, & quidem ſub *eodem Ritu*, ac *Paramentorum colore*, quod fit, & ſub quo fit illo die in *ſua propria* Eccleſia, imò convenientiùs videri, ùt ità celebret in utroque hîc relato caſu: quia ex una parte Decretum S. R. C. Congr. de Anno 1701. ſuprà relatum Conformitatem in celebrando cum Ritu & Miſſa Eccleſiæ alienæ requirit ab ibi celebrantibus in *Feſto duplici* ſolummodo pro *tunc*, quando duplex illud ibi celebratur cum *ſolemnitate*, aut *Concurſu Populi*, non autem etiam pro Caſu, quo duplex alienæ Eccleſiæ nec cum *ſolemnitate*, nec cum *Concurſu Populi*, ibi celebratur: Ergo his deficientibus non eſt, cur volens in *aliena* Eccleſia celebrare adigatur ad ibi celebrandum eô potiùs modô, ac Ritu, quô ibi, quàm quô in propria Eccleſia die illa celebratur, ſed ſinendus erit de Feſto *ſuæ Eccleſiæ* ſub *Ritu* & *Colore* ei competente in ea celebrare, ac proinde, cùm ceſſet Ratio *diſcordandi* Miſſam ab Officio currentis diei, in utroque dicto caſu convenientius, ac Rubricis magis conſentaneum erit *Miſſam* potiùs *Officio* concordem, quàm ab hoc diſcordem, præſertim de Sancto, cujus in Officio ne quidem facta eſt Commemoratio die illa, ſine ratione, ùt dixi, facere etiam in aliena Eccleſia. Quòd autem celebrans in *aliena Eccleſia*, nec in dicenda *Miſſa*, nec quoad Ritum (faciendo v. g. de *Feſto ſemiduplici*, aut *ſimplici*, dum in ea agitur *Feſtum duplex* ſine ſolemnitate & Populi concurſu) nec quoad *Colorem* in tali caſu ſe conformet cum iis, qui pertinent ad illam Eccleſiam, nihil continet abſurdi, aut paradoxi; cùm hujuſmodi difformitatum ab ipſis Rubricis permiſſarum vix non quotidiana intueamur Exempla in celebrantibus *Miſſas votivas*, ac de *Requiem* diebus non prohibitis, quibus alij in eadem Eccleſia celebrant de *Feria*, aut *Feſto ſimplici*, aut *ſemiduplici* occurrente, ſub diverſo *Colore*, aut etiam *Ritu*, idque ſine omni offenſione, ac ſcandalo, niſi fortè omnino rudium ac imperitorum.

*Pag. 58. col. 1. lin. 5. poſt* Octavarum. *adde:* Ratio autem eſt; quia, cùm Feſtum Dedicationis ſit *1. claſſis*, Feſtum autem Nativitatis B. M. V. in loco, in quo non eſt *Titulus* Templi, ſolummodo eſt 2. *claſſis*, ideo in Occurſu illud huic meritò ac conformiter Rubricis præfertur; cùmque proin etiam *Octava Dedicationis* ſit dignior in tali loco, quàm *Octava Nativitatis B. M. V.* (utpote octava Feſti dignioris, nempe 1. claſſis) ideo ulteriùs conſequitur, in ejuſmodi loco in utriuſque Octavæ coincidentia Officium & Miſſam *infra Octavam* faciendam eſſe *de Octava Dedicationis*, de *Octava* autem *Nativitatis* faciendam ſolummodo Commemorationem: tertia tamen Oratio diebus illis, in quibus fit infra Octavam de dedicatione, non debet eſſe *Concede* (uti alioquin infra huj-

uſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uſmodi Octavas Rubricæ præſcribunt ) ſed debet eſſe de *S. Spiritu.* Vide dicta P. II. Die 8. Septembr.

*Pag. 50. col. 2. lin. ult. poſt* celebri ) *adde:* aut aliud Feſtum B.M.V. *primæ claſſis*, quale eſt v. g. *Nativitas B. M. V.* ibi, ubi eſt *Titulus Templi*,

*Pag. 54. col. 1. lin. 8. poſt* Romano. *adde:* Ratio poteſt eſſe; tum quia illa *Octava* eſt dignior alterâ, quæ eſt *Octava* Feſti *dignioris*, dignius autem eſt *Feſtum omnium Sanctorum* Feſtô *Dedicationis*, utpote privilegiatum contra quodcunque aliud Feſtum, etiam *Titularis*, ac *Dedicationis*, uti conſtat ex Notando Tabulæ occurrentiæ ſubſcripto, & Rubrica General. X. Breviar. n. 1. tum, quia, eodem Gavanto Teſte, major *Dignitas Feſti*, & conſequenter etiam *Octavæ*, ex eo quoque ( cæteris paribus ) deſumitur Titulo, quòd unum, ejúſque *Octava* celebretur ab Eccleſia univerſali, non item alterum, nec etiam ejus *Octava*, qua de re inferiùs Tit. 4. n. VII. Poſito ergo, quòd *Dedicationis propriæ Eccleſiæ Feſtum*, occurrens alicubi in *Feſto Omnium Sanctorum*, transferatur in Diem 5. Novembr. debebit etiam infra illius Octavam *Octava omnium Sanctorum* præferri *Octavæ Dedicationis*, & in *Die Octava omnium Sanctorum* fieri de *Die Dedicationis propriæ Eccleſiæ* ſolummodò *Commemoratio.* Ex eodem ejuſdem Gavanti Principio To. 2. ſect. 3. c. 8. n. 7. ſequi etiam videtur, *Nativitatis* quoque ac *Purificationis B. M. V. Octavam* in ijs Eccleſijs, in quibus ſunt *Titulus Templi*, adeoque celebrantur *Ritu duplici 1. claſſis*, & utraque cum *Octava*, eſſe *digniorem*, ac præferendam in *Occurſu & Concurſu* ipſi *Octavæ Dedicationis* Templi, &c.

*Pag. 59. col. 1. poſt lin. 10. ab initio addenda ſunt ſequentia:* cùm ex paulò antè dictis *Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis* ( ſaltem extra civitatem, in qua ſita eſt *Eccleſia Cathedralis* ) apud Regulares celebretur tantùm *ſub Ritu duplici 2. Claſſis*, & *ſine Octava*, ex dictis autem ſuperiùs concluſione 1. & 2. Feſta B. V. M. cedant quidem, tam in *Occurſu*, quàm in *Concurſu*, Feſto *Dedicationis* ibi, ubi iſtud habet *altiorem Ritum*, quàm Feſtum *occurrens*, aut *concurrens* B. V. M. non autem ibi, ſeu tunc, quando Feſta B. V. M. alicubi *occurrentia*, aut *concurrentia* habent Ritum ſaltem *æqualem* cum *Feſto Dedicationis*; ſed tunc Feſta B. M. V. ſint præferenda *Feſto* ipſi *Dedicationis*, ideo reſolves, in caſu, quo Feſtum *Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* in 2. Veſperis concurrit apud Regulares cum *Feſto Nativitatis B. V. M.* aut viciſſim *Feſtum B. V. natæ* in ſuis 2. Veſperis concurrit cum *Feſto Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis*, Veſperas integras dicendas eſſe de Feſto Nativ. B. M. V. à Regularibus, de Feſto *Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* autem faciendam ab jis eſſe ſolummodo Commemorationem : Licèt enim tam Feſtum *Dedi-*

*di-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*dicationis Eccleſiæ Cathedralis*, quàm *Feſtum Nativitatis B. V.* ſit apud eos *duplex 2. claſſis*, adeoque *ejuſdem Ritus*, non tamen propterea dividunt Veſperas, *ſed Feſtum Nativitatis B. M. V.* eas integras requirit, idque conformiter *Tabulæ concurrentiæ*, (deſumptæ potiſſimùm ex Rubrica Generali XI. Breviarij) juxta quam in *Concurſu* duorum *duplicium* 2. *Claſſis* Veſperæ integræ dicendæ ſunt de *digniore*, cum *Commemoratione* duntaxat de *minùs digno*; cùm ergo *Feſtum Nativitatis B. V. M.* ſuppoſita æqualitate Ritûs ſit *Feſtum dignius*, quàm *Feſtum Dedicationis* (uti inſinuat Gavant. To. 2. ſect. 3. Tit. 8. n. 7. ante med. & c. 9. n. 3. circa med.) ideo in Concurſu *Feſti B. M. V. natæ* (par ratio eſt de alijs ejus Feſtis in ſimili caſu) cum *Feſto Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis*, aut viciſſim *hujus* cum *illo*, Veſperæ integræ dicendæ ſunt de *Feſto Nativitatis B. M. V.* ab ijs, qui *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* non niſi ſub *Ritu duplici 2. claſſis* tenentur celebrare, cum Commemnratione tamen *Feſti Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis*, ac etiam *Dominicæ*, ſi quæ ſequatur, non autem, ſi quæ antecedat Feſtum Nativitatis, juxta ea, quæ dicentur infrà de Concurrentia Feſtorum duplic. 2. claſs. Tit. 6. §. 2. n. 2. & 3. Eodem modo procedendum cenſeo à Regularibus, celebrantibus *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis Diœceſanæ* ſub *Ritu* tantùm *duplici 2. claſſis*, quando id in Veſperis concurrit cum Dedicatione *S. Michaëlis Archang.* habente *Ritum* pariter duplicem 2. claſs. in Eccleſia univerſali: nam etiam in *tali Concurrentia* cenſeo integras Veſperas dicendas de Dedicatione S. Mich. tanquam de *digniore*, ob dicta loc. modò cit. Vide etiam dicta P. II. die 8. Septembr.

*Pag. ead. 59. col. 1. lin. 17 poſt* Cathedralis. *locò puncti fac comma, & poſt comma adde:* ſed hujus Officium, ſeu Feſtum in diem proximam non impeditam in tali caſu transferendum.

*Ibid. col. 1. lin. 31. poſt* celebratæ. *adde:* Fundari autem videtur hæc Rotæ Romanæ deciſio tum in ijs, quæ paulò pòſt hoc Tit. ad quæſitum 1. tum etiam inferiùs Tit. 6. §. 1. n. 4. de *Occurrentia Feſtorum duplic. 1. claſs.* & poſtmodum in fine ejuſdem §. *de Concurrentia* eorumdem *Feſtorum dupl. 2. claſs.* dicentur. Porrò ex ijſdem his fundamentis petenda etiam videtur Reſolutio ſequentis Caſûs, anno 1720. ab admodum Reverendo quodam D. Sacellano aulico mihi propoſiti: die 11. Octobr. celebratur in Diœceſi Baſileenſi Feſtum *Dedicationis Cathedralis Eccleſiæ Baſileenſis*, Matricis, ſub Ritu *duplici 1. claſſis* per totam Diœceſin, in ipſa Cathedrali cum Octava: Die 12. verò ſubſequente celebratur in eadem Diœceſi Feſtum *S. PANTALI Martyris & Epiſcopi*, nec non *Pa-*

tro-

*troni* dictæ Diœceſis, itidem ſub Ritu duplici 1. claſſis per totam Diœceſin, & cum Octava, attamen ſub nulla obligatione ſeu præcepto audiendi Miſſam, & abſtinendi ab Operibus ſervilibus, adeoque non tanquam *Feſtum fori* (ùt in Germania vocamus) ſed tantùm *Chori*. Quæritur nunc, quid faciendum in II. Veſperis dictæ Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis? an ſcil. integræ dicendæ de hujus *Dedicatione*, de S. *Pantalo* autem facienda duntaxat in ijs *Commemoratio*; eò quòd hujus Feſtum comparatione prioris videatur eſſe *minùs dignum*, utpote in ſolo *Choro*, non autem inſuper in *foro* celebre, & aliunde *Feſtum Patroni* etiam *principalis* (qualis fortè non eſt *S. Pantalus*, ſed tantùm minùs *principalis*, ac *ſecundarius*) cedat Feſto *Dedicationis ejuſdem claſſis*; an verò integræ dici debeant de *S. Pantalo*, de Feſto autem Dedicationis fieri duntaxat *Commemoratio*? eò quòd S. Pantalus non modò perinde, ac Feſtum *Dedicationis*, celebretur ſub Ritu duplici 1. claſſis per totam Diœceſin, ſed inſuper etiam cum *Octava* per eamdem Diœceſin, non item *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ*; cùm hoc nonniſi in ipſa *Eccleſia Cathedrali* habeat *Octavam*, adeoque comparatione Feſti *S. Pantali*, habentis æquè Ritum *1. claſſis*, videatur eſſe ex hoc capite Feſtum *minùs dignum*, vel utrùm denique prædicta duo Feſta in hujuſmodi concurſu dividere invicem debeant Veſperas, ità, ut in II. Veſperis *Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* fieri quidem de iſta debeat Officium uſque ad Capitulum, à Capitulo autem fieri de S. *Pantalo*, cum *Commemoratione* de *Dedicatione*, idque propterea, quòd utrumque hoc Feſtum videatur eſſe *æquale in dignitate*, adeoque habere locum Rubrica general. *XI. de Concurrentia Officij n. 2.* licèt enim *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* excedere dignitate nonnihil videatur *Feſtum S. Pantali*; eò quòd prius ſit celebre non tantùm *in Choro* ſed etiam *in foro*, poſterius autem non ſit (ſaltem ex obligatione) celebre *in foro*, ſed tantùm in *Choro*, ſuperatur tamen viciſſim ab iſto ex eo capite, quòd iſtud celebretur cum *Octava per totam Diœceſin*, non autem illud, & ſic iterum coæquentur; atque ultimo hoc modo dicendas eſſe Veſperas in propoſito caſu judicâſſe ſuum in concinnando Directorio Diœceſano D. Anteceſſorem ſcribit is, à quo ſuper hoc dubio fui interrogatus, cui reſpondi, meô judiciô (ſalvo meliori, & uſque dum forſan aliud ſtatuat S. R. C.) in Cathedrali quidem Eccleſia, in qua dies anniverſaria ejuſdem Dedicationis celebratur cum *Octava*, dicendas omnino videri II. ejuſdem Veſperas integras de illa, de S. Pantalo autem, non obſtante, quòd pariter ſit duplex 1. *claſſis*, faciendam eſſe in illis ſolummodò *Commemorationem*; at verò extra Eccleſiam Cathedralem, ubi ſcil. hujus Dedicatio celebratur *ſine Octava*, S. Pantalus autem non mo-

dò in Cathedrali, ſed etiam per totam Diœceſin celebratur *cum Octava*, Veſperas illas integras dicendas eſſe de *S. Pantalo*, cum *Commemoratione DEDICATIONIS Eccleſiæ Cathedralis.* Ratio Reſponſionis, ac Reſolutionis à me datæ breviter eſt; quia *Feſtum Dedicationis* reſpectu Eccleſiæ Cathedralis, in qua celebratur non modò in *Choro* ſimul & *foro*, ſed etiam *cum Octava*, eſt Feſtum *dignius* Feſto ſubſequente *S. Pantali* Patroni Diœceſani, utut & iſte habeat Ritum *duplicem 1. claſs.* & celebretur cum *Octava* per totam Diœceſin, at verò reſpectu cæterarum Eccleſiarum Diœceſeos, in quibus *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* non celebratur cum *Octava*, bene autem Feſtum S. Pantali, & inſuper ſub *Ritu duplici 1. claſs* hoc eſt eodem, qui competit *Patronis principalibus*, & non tantùm *ſecundarijs*, ſeu *minùs principalibus* (his enim Rubricæ, Tabulis OCCURRENTIÆ, & CONCURRENTIÆ præfixæ, non niſi *Ritum duplicis majoris* attribuunt) *Feſtum S. Pantali* eſt Feſtum *dignius* Feſto *Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis;* Quæ omnia patebunt expendenti ea, quæ Titulo III. & IV. hujus Partis III. &c ſuprà allegavi. Neque obſtat 1. quòd Feſtum *S. Pantali* non perinde, ac *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis*, ſit celebre etiam *in foro*; quia hoc, quod eſt eſſe celebre in *foro* facit quidem, ut *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* emineat dignitate ſupra Feſtum *Patroni* in eo loco, ubi illud celebratur *cum Octava*, non autem, ut etiam iſtud ſuperet ibi, ubi *Dedicatio Eccleſiæ* non celebratur cum *Octava*, ſed *abſque Octava:* Ibi enim ob *Carentiam Octavæ* evadit in conſideratione Rubriciſtica iſtô *inferius*, ac *minùs dignum*, uti paulò inferiùs *Quæſito* 1. dicetur. Neque obſtat 2. quòd juxta Rubricam Breviarij *Dedicatio* in *Occurſu*, & *Concurſu* præferatur *Patrono*, præſertim *minùs principali*; quia, ùt ibidem oſtendo, id ſimiliter tantùm procedit, ac intelligendum de locô, in quo *Dedicatio* celebratnr *cum Octava*, non autem reſpectu illorum locorum, in quibus ipſa celebratur *ſine Octava*, PATRONUS autem habens eumdem Ritum *duplicem 1. claſſis* celebratur *cum Octava*, utì contingit in noſtro caſu. Negari quoque poſſet *S. Pantalum* eſſe *Patronum* ſolummodò *ſecundarium*, ac *minùs principalem*, cùm, ſi talis ſolummodò eſſet, malè ei tribueretur Ritus ſolis *Feſtis duplicibus 1. claſſis* competens, non autem *Patronis minùs principalibus*, utì ex Rubrica ſuperiùs cit. claret. Neque oppoſitum evincitur ex eo, quòd Diœceſis Baſileenſis pro *Patrono Principali* habeat, ac veneretur S. HENRICUM *Imperatorem* & *Confeſſorem*, ejùsque *ut talis* Feſtum ſub Ritu *duplici 1. claſſis*, & inſuper *cum Octava*, necnon cum *Obligatione audiendi Miſſam, & abſtinendi ab operibus ſervilibus* (adeoque ùt *Feſtum Chori & fori*) die 15. Julij celebret: Tametſi

metſi enim Gav. ſuprà P. III. Tit. 1. à me relatus contendat, inter *plures* alicujus loci *Patronos* unum tantùm debere eſſe *principalem*, alios verò *minùs principales*; ibidem tamen & Auctoritate & Ratione oſtendo, quòd, licèt ordinariè *unus* tantùm ſit *principalis*, poſſint tamen etiam eſſe *plures*, & talem etiam eſſe *S. Pantalum* in dicta Diœceſi evincitur, meô judiciô, ex ibidem, & hîc non multò antè à me dictis.

*Ead. pag. 59. col. 2. lin. 5. poſt* propria, *adde*: Quomodo verò procedendum ſit in caſu, quô occurrente Feſto *Dedicationis Baſilicæ SS. Apoſtolor. Petri & Pauli*, aut S. Salvatoris, alicubi non tantùm eſt facienda commemoratio de *currente Octava Dedicationis propriæ Eccleſiæ*, ſed etiam inſuper de *currente* ſimul *Octava Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* (adeoque *tres* dicendæ *Orationes* de totidem trium diverſarum Eccleſiarum Dedicationibus) dicetur paulò pòſt *Concluſione* ſeu *Reſolutione 10.* fol. ſequenti.

*Pag. 60. col. 1. lin. 20. poſt* Roman. *adde*: Cùm autem alicubi contigerit, ut die 18. Nov. in Miſſa de Dedicatione Baſilicæ SS. Apoſtolorum Petri & Pauli fieri debuerit ſimul *Commemoratio* non tantùm *de currente Octava Dedicaionis propriæ Eccleſiæ*, ſed inſuper quoque de currente ibi pariter Octava Eccleſiæ Cathedralis, adeoq; tres dicendæ fuerint Orationes de totidem Dedicationibus, in Miſſali autem & Breviario nonniſi duæ aſſignentur Orationes, rogatus ſum à Nonnemine anno 1718. menſe Sept. per litteras, qualis utrobique *tertiò locô* dicenda ſit *Oratio* in tali *locô* & *caſu*? Reſpondi autem tunc 1. Ob Rationis paritatem procedi poſſe eôdem modô in tali caſu, quô aliqui contendunt procedendum eſſe in caſu, quem ego refero inferiùs *Tit. 6. §. 13. in Corollar. pro reguland. commemorationib. ſpecialib. fol. 205. col. 1.* à verbis illis; *Petes quid agendum &c*, ſaltem uſque dum obtineatur Reſponſum à ſacr. Rit. Congreg. quam omnino cenſeo conſulendam ſuper hoc Quæſito, adeoque dici interim ſeu repeti *tertiò locô* poterit eadem Oratio, quæ dicta eſt *primò locô* in tali caſu tam in *Officio*, quàm *in Miſſa*. Reſpondi 2. Cùm ex una parte ad diverſitatem Orationum non videatur notabilis requiri variatio, ſed ſufficere modica (uti patet in Antiphonis, quæ dicuntur ad *Benedictus*, quando in Officio de Confeſſore Pontifice facienda eſt ſimul Commemoratio de Confeſſore non Pontifice, aut viciſſim, in laudibus) ex altera autem parte non ſit contra uſum, aut permiſſionem Eccleſiæ mentionem facere in Collectis etiam explicitè *Eccleſiæ Cathedralis* propriæ Diœceſis, ùt pariter conſtat ex Miſſali Roman. quod in Miſſa de Anniverſario tam *Electionis*, quàm *Conſecrationis* Epiſcopi eam in Oratione, eique correſpondente *ſecreta* & *Poſtcommunione* præſcribit, ideo reſpondi ulteriùs 3. Non in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

congruè, meô judiciô, facturum, qui tertiam Orationem in propoſito caſu à prima in hunc modum diverſificet, ac dicat: *DEUS, qui nobis per ſingulos annos Cathedralis Eccleſiæ N. Conſecrationis reparas diem, & ſacris ſemper Myſteriis repræſentas incolumes: Exaudi preces Populi tui & præſta, ut quisquis id Templum Beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætetur, Per &c.* Videre quoque lubeat Gavantum To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 27. & 18. citatum etiam alicubi à me in hoc Ephemerologio. Vid. item à me inferiùs dicenda Tit. 7. n. VIII. in fin.

*Pag. ead. 60. col. 2. lin. 34. poſt* Aſſumptionis B. M. V. *ante ſignum*) *adde:* imò & Feſto *Nativitatis*, ac *Purificationis*, ubi ſunt *Titulus Templi*, adeoque Ritu duplici 1. claſs. & regulariter cum Octava celebrantur)

*Pag. 63. col. 1. poſt lineam 1. adde ab initio ſequentia:* Si verò aliqua Eccleſia *Cathedralis*, vel *Collegiata &c.* deſtruatur, tunc (ex quocunque capite ſequatur deſtructio) nequeunt Beneficiati, vel Addicti illi Eccleſiæ recitare *Officium* (idem eſt de *Miſſa*) de *Dedicatione* illius, ut rectè notat ac probat P. Bruno Neuſſer in Tract. de Hor. Canon. d. 6. q. 11. n. 41. ubi plura huc pertinentia.

*Pag. ead. col. 2. lin. 36. poſt 28.* Decembr. *adde:* Ibidem declaro, quomodo procedendum, ſi Feſtum *Dedicationis propriæ Eccleſiæ* incidat in Feſtum *S. Stephani*, vel in Feſtum *S. Joannis Apoſtoli.*

*Pag. 69. col. 2. lin. 25. pro* alibi *imprimend:* ſuis locis

*Pag. 70. col. 1. lin. 4. pro* alibi *imprimend:* ſuis locis, nominatim P. I. Tit. *11.* §. 5. ac P. II. Tit. 12. die 17. Dec. eſt

*Pag. 73. col. 1. lin. 34. poſt* allegatus. *adde:* Vid. dicta P. I. Tit. 26.

*Pag. 75. col. 2. lin. 26. pro* III. *imprimend:* II.

*Pag. 79. col. 2. lin. 20. pro* f. 53. & 54. *imprimend:* ubi de aliorum quoque Feſtorum B. M. V. alicubi cum *Octava* celebrari ſolitorum, cum alijs *Octavis* Concurrentia & Occurrentia. *Ibid. col. 2. lin. 28. poſt* Tit. *adde:* I. *Ibid. col. 2. lin. 29. poſt* de Patronis *adde:* & Tit. III. præced.

*Pag. 85. col. 2. lin. 9. poſt* ſemiduplici *adde:* occurrente

*Pag. 91. col. 1. lin. 9. poſt* proximam *adde:* Feſto duplici, aut ſemiduplici (modô infrà Tit. 6. §. *12.* referendô)

*Pag. 92. col. 2. lin. 13. pro* quaque *imprimend:* quoque

*Pag. 93. col. 2. lin. 12. poſt* infra Octavam. *adde:* At quæres: ſi in diem aliquam *octavam* incidat ſimul Feſtum *duplex* aut *ſemiduplex*, in ſequentem verò diem nec incidat Feſtum 9. *Lectionum*, nec etiam dies aliqua infra *aliam Octavam*, nec aliter impedita; ſuperſint autem celebranda quædam alia *duplicia* aut *ſemiduplicia* translata ejuſdem *Ritûs*, & claſſis,

an-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

antiquiora, ſeu anteriora illis, quæ incidunt in *Diem*, quâ celebratur *Dies octava* alicujus *Feſti*, an, inquam, in tali caſu in diem immediatè ſubſequentem non impeditam ſit transferendum illud Feſtum *duplex*, aut etiam *ſemiduplex*, quod in *diem octavam* immediatè præcedentem inciderat, an verò unum ex antiquioribus iſti in repoſitione ſit præferendum? R. 1. ſi ſuperſit Feſtum translatum *antiquius* ejuſdem *Ritûs*, ac *dignitatis* cum eo, quod incidit in diem *octavam*, tunc in diem proximè non impeditam *poſt Octavam* transferendum eſſe antiquius translatum, non verò illud, quod incidit *in diem octavam* proximè præcedentem, & quidem etiam in caſu, quo in *diem* ejuſmodi *octavam* ſimul etiam incidit *dies Dominica per annum*. R. 2. eodem modo procedendum eſſe à fortiori, ſi *antiquius* translatum ſit *Ritus altioris*, aut dignitatis, quàm illud, quod incidit in *diem octavam*, v. g. in caſu, quô antiquius translatum eſt *duplex majus*, Feſtum autem in diem octavam incidens eſt tantùm *duplex minus*, eſto hoc forſan ſit celebre *in foro*. R. 3. Si verò translata *antiquiora* omnia ſint *Ritûs ac dignitatis*, aut *ſolemnitatis inferioris*, quàm ſit illud, quod incidit in *diem octavam*, tunc iſtud poſterius celebrandum eſt ante antiquius Feſtum translatum. Quorum omnium Ratio petitur tum ex Rubric. general. X. *de Translat. Feſtor. n. 7.* tum etiam ex ſuprà dictis P. I. Tit. 28. ac infrà dicendis hac P. III. *Tit. 6. §. 12. Colligend. 3.*

*Pag. 101. col. 2. lin. 35. poſt* die *adde*: aliquo

*Pag. 104. col. 2. lin. 22. poſt* inſinuatas, *adde ab initio ſequentia:* Quòd ſi ponatur alicubi ex legitima conceſſione eſſe permiſſum, ut *Feriâ VI. poſt Octavam Paſchæ* (ſive *de præcepto*, ſive *ad libitum*) ſub *Ritu duplici* quocunque etiam 2. claſſis, quem ei tribuunt quorumdam Breviariorum ſupplementa, celebretur hoc Feſtum, cenſeo tamen etiam ibi non poſſe id celebrari *Feriâ illâ VI.* nec in aliam ex ea *diem* de ſe *non impeditam* transferri illis annis, quibus in *Feria illa VI.* occurrit quodcunque aliud Feſtum novem Lectionum, ſeu *duplex* illud ſit, ſeu tantùm *ſemiduplex*, tum propter rationem paulò antè allatam; tum etiam, & quidem præcipuè, ob hanc: Quia, licèt in Decretis Juſſu Clementis X. & Innocent. XI. Feſtis ad libitum ab anno 1682. ſummariè præfixis, & translationem illorum, ùt ibi, prohibentibus, fiat explicita mentio ſolummodò de ijs *Feſtis*, quæ ſunt ad *libitum*, item de *Feſtis* ſolummodò *Sanctorum*, *Feſtum* tamen etiam *Lanceæ* &c (ſive ponatur eſſe conceſſum tanquam *de præcepto*, ſive merè *ad libitum*) ideo non poteſt celebrari etiam ibi, ubi eſt *duplex 2. claſſis*, illis annis, in quibus Feriâ VI. poſt Dominicam in albis occurrit Feſtum 9. Lectionum, eſto ſit ſolùm *ſemiduplex*; quia Rubrica ei præfixa conceſſionem illam expreſsè reſtringit ad *Feriam VI.* poſt Dominicam in albis, alio Feſto 9. Lectionum non impeditam. Qui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quibus ex Indulto Sedis Apoſtolicæ conceſſum eſt diebus, ac temporibus non exceptis infra annum ſub *Ritu ſemiduplici* dicere *Officium & Miſſam* de *Immaculata CONCEPTIONE B. M. V.* dicere in Miſſa debent Orationem *2. de S. Spiritu. 3.* verò *Eccleſiæ*, vel *pro Papa*, niſi facienda ſit Commemeratio de *Feſto ſimplici*; huic enim cedit Oratio de *S. Spiritu*, quæ tertiò locô tunc dicitur, omiſſa Oratione *Eccleſiæ* vel *pro Papa*.

*Pag. 107. col. 1. ante lin. 9. addenda eſt ſequens Parentheſis* (imò & *Purificationis* ac *Nativitatis* ejuſdem, in ijs Eccleſijs, in quibus utrumlibet eorum eſt *Titulus Templi*, adeoque duplex 1. claſs.)

*Pag. ead. col. 1. lin. 34. poſt* 2. claſſis. *adde:* Quòd autem Feſta *S. Stephani*, *S. Joannis Evangel. & SS. Innocent. MM.* in Occurſu *Patroni Titularis*, *& Dedicationis propr. Eccleſiæ*, cedere his debeant, conſtat ex Dictis P. II. Tit. *12.* die 28. Dec. in fin.

*Pag. 113. col. 2. lin. 3. poſt* in Breviar. *adde ſequentia:* Plura huc pertinentia vide P. II. Tit. 9. die 8. Sept. item ſuprà hac P. III. Tit. I. Concluſ. 8. Illat. *2.* necnon Tit. III. & IV.

*Pag. 116. col. 1. lin. 10. poſt* SS. Trinitatis: *adde* Feſtum SS. Nominis JESU:

*Pag. 117. col. 2. lin. 17. poſt* transfertur *locô puncti fac comma, & poſtea adde*: niſi hoc poſterius ſit contra quodcunque aliud Feſtum occurrens privilegiatum juxta ſuperiùs dicta, & mox dicenda. *Ibid. col. 2. lin. ult. poſt* alibi. *fac comma, & adde:* nominatim ſuprà hac P. III. Tit. 1. Concluſ. 8. Illat. 2.

*Pag. 124. col. 1. lin. 26. pro* P. III. *imprimend:* P. II.

*Pag. 126. col. 1. lin. 17. pro* quòd ſit *imprimend*: quòd ſi

*Pag. 134. col. 1. lin. 8. poſt* duplex minus *imprimend:* aut *Dies octava* alicujus Feſti *Ibid. col. 1. lin. 10. pro* f. 126. *imprim:* & 8.

*Pag. 144. col. 2. lin. 13. poſt* occurrens *adde:* aliud, ſeu *ſemiduplex*, ſeu *duplex*, etiam *Ibid. col. 2. lin. 14. omitte* v. g. *Ibid. col. 2. lin. 15. pro* Corporis Chriſti *imprimend*: alicujus

*Pag. 145. col. 2. lin. 23. poſt* Tit *fac punctum & poſtmodum adde:* 28.

*Ibid. col. & lin. ead. pro* f. 165. *imprimend:* Quid verò obſervandum in caſu, quo *ſemiduplex* incidit in *Dominicam*, in qua ſimul occurrit *dies octava tantùm* alicujus Feſti, h. e. quin inſuper illa *dies octava* incidat *in diem infra aliam octavam*. vide ibidem, nempe P. I. Tit. eodem 28.

*Pag. 147. col. 2. lin. 23. poſt* præcedentis. *adde:* Idem eſt, ſi *Feſtum ſemiduplex* concurrat cum aliquo *Officio ſemiduplici* (v. g. cum *Officio de ven. Sacramento*, aut alio ſimili, infra annum ſub *Ritu ſemiduplici* recitari conceſſo) tunc enim in Concurſu unius cum altero pariter dividunt

dunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dunt Veſperas; quia *in hujuſmodi concurſu* non attenditur *major dignitas* unius præ alio; quia ejuſmodi Officia ſub *Ritu ſemiduplici* infra annum recitari conceſſa habent potiùs rationem *Commemorationis*, quàm *Feſti*, juxta mox dicenda de *Concurrentia* Feſti *ſemiduplicis* in 2. Veſperis n. 4.

*Pag.* 151. *col.* 2. *lin.* 4. *pro* de currente *imprimend:* currat *Ibid. col.* 2. *lin.* 18. *pro* de currente *imprimend:* currat

*Pag.* 168. *col.* 2. *lin.* 16. *pro* ſuprà Tit. *imprimend:* infrà Tit. 7

*Pag.* 174. *col.* 1. *lin.* 16. *poſt* n. 6. *adde:* Porrò in Ferijs majoribus 4. Temporum, & ijs, in quibus leguntur plures Lectiones, Orationes *ſecundò* & *tertiò* locô dicendæ (v. g. de *ſimplici*, aut de *Vigilia occurrente*, aliæve illo tempore 2. & 3 locô addendæ) dici debent poſt ultimam ejuſmodi Miſſarum ferialium Orationem ante Epiſtolam ſeu ultimam Lectionem, ùt ſuis locis in PROPRIO *Miſſarum de Tempore*, necnon in Rubric. general. IX. Miſſal. n. 13. notatur.

*Pag.* 180. *col.* 1. *lin.* 13. *poſt* Miſſa ſolennis; *ſemicolon mutetur in duo puncta, & poſtea addantur ſequentia:* Hinc cùm alicubi anno 1717. *Vigilia S. Andreæ* incidiſſet in Feriam II, quâ ſimul occurrebat *dies infra Octavam* Feſti Diœceſani, *Officium* quidem dicebatur de *currente Octava*, at verò *Miſſa* de Vigilia, & in iſta *Orationes* ſequenti ordine eo in loco ſunt recitatæ: 1. de Vigilia. 2. de *currente octava*. 3. de *Fer. Adventûs* ex præced. Dominica. 4. *Fidelium*. 5. de *S. Saturnino*. ult. Evang. S. Joannis. ad Miſs. *Col. viol.*

*Ibid. col.* 2. *lin.* 34. *poſt* Papa. *adde:* Plura huc ſpectantia vide P. I. Tit. 64. & P. II. Tit. 8.

*Pag.* 183. *col.* 2. *lin* 26. *poſt* oſtenſum. *adde* Si in eum diem, in quem incidit Feria 4. Tempor. & ſimul aliqua Vigilia (v. g. S. Matthæi Apoſt.) incidat ſimul Feſtum 9. Lectionum, tunc fit Officium de Feſto, cum nona Lectione de Feria 4. Temporum (utpote una ex Ferijs majoribus, quibus cedunt Vigiliæ minores) ejúsq; Commem. *in laudibus* & *Miſſa* Feſti, de *Vigilia* verò etiam in tali Occurſu nihil fit quidem in *Officio*; fit tamen etiam de *Vigilia* Commemoratio in *Miſſa* talis Feſti (niſi ſit Feſtum 1. claſſis) attamen poſt Commemorationem de *Feria* quatuor Temporum, de qua poſteriore etiam legitur ultimum Evangelium in Miſſa in tali caſu, non autem de *Vigilia*. Quomodo verò in hujuſmodi occurrentijs ordinandæ ſint *Miſſæ conventuales*, declaratur ſuis locis.

*Pag.* 186. *col.* 1. *lin. ult. poſt* Aſcenſionis. *adde:* Eodem modô procedendum eſt, ſi *alia die infra octavam non privilegiatam* Feſtum *ſemiduplex* occurrat, & dies illa, quâ occurrit, ſit impedita alio Feſto *ſemiduplici eadem die occurrente ac celebrando*; tunc enim illud prius

ce-

cedere quidem debet iſthuic poſteriori; ſi verò dies proximè ſequens
infra eandem octavam non ſit impedita Feſto aliquo 9. Lectionum in eam
incidente, transferri omnino poteſt, ac debet in diem illam alteram
*infra Octavam* immediatè ſubſequentem; eò quòd dies infra *Octavam*
*occurrentes* propriè non ſint Feſta (prout hîc ſumimus) ſed *Continua-*
*tio Feſti*, nec *Dies impedita*, niſi reſpectu *ſemiduplicis ad plures*,
*quàm unum diem*, *tranſlati*, ùt ex communi Rubriciſtarum doctrina
tradit P. Lohner Inſtruct. Pract. II. P. 1. Tit. 5. n. 3. circa fin. f. 14.
ac proinde ſi *infra Octavam nonprivilegiatam* occurrat *ſemiduplex*,
& ea dies, qua occurrit, ſit impedita, ſequenti omnino die celebrari
debebit, ſi aliud Feſtum 9. Lectionum in hanc alteram non incidat, ju-
xta jam dicta ſuperiùs hoc Tit. §. 5.

*Pag. ead. 186. col. 2. lin. 3. poſt* duplex, *adde:* vel ſemiduplex,

*Pag. 187. col. 2. lin. 13. poſt* Duplex *adde*: majus ante duplex minus,
& duplex minus.

*Pag. 188. col. 2. lin. 3. poſt* lit. O. n. 127. §. 4. *adde*: Hinc cùm anno
*1719.* Feſtum *ſemiduplex* S. Martini Pap. & Mart. incidiſſet in *Domini-*
*cam*, ac eapropter fuerit transferendum, priùs in Societate JESU fa-
ctum eſt de ipſo, quàm de alio *ſemiduplici* itidem *tranſlato* in Socie-
tate, nempe priùs de illo, quàm de *S. Didaco*, qui, cùm conſtanter
incidat in Societate noſtra in Feſtum B. Stanislai, quod apud nos eſt
*duplex majus*, in ea ſemper neceſſariò transfertur: Translatus itaque
eſt eô annô S. Martinus Pap. ac Mart. à nobis in diem 14. Nov. S. Di-
dacus verò in diem 15. ejuſdem, conformiter Rubricæ general. X. Bre-
viarij n. 7. ſuprà cit. in fine ordinantis, ut, ſi plura *Feſta 9. Lectio-*
*num* ſint transferenda, eàque quoad Ritum *ſint æqualia*, tunc *unum*
*ante aliud eo ordine transferatur, quo aliàs erant celebranda in propriis*
*diebus.* Atque eodem hoc *modò ac ordine* etiam Romæ utrumque præ-
dictum Feſtum à Noſtris fuit translatum, ac celebratum in dicto caſu,
ùt indè Nonnemo 25. Nov. ejuſdem anni 1719. ad me perſcripſit.

*Pag. 191. col. 1. lin. 26. pro* dummodo *imprim:* ſive

*Ibid. col. 1. lin. 27. poſt* à Capitulo *adde*: ſive non

*Pag. 195. col. 1. lin. 9. poſt* Dedicatione &c, *adde:* item hoc Titu-
lo §. 1. n. 4.

*Pag. 200. col. 2. lin. 3. poſt* dicta. *adde*: Habetur 5. Quòd in Miſſa de *San-*
*cto*, qui *Titulus* eſt Altaris, de quo tamen non recitatur *Officium* eo die,
*tertia* Oratio ſit illa, quæ alioquin tunc temporis ſecundô locô dicen-
da eſſet; adeoque Miſſa de hujuſmodi Sancto in tali caſu Ritu ſimplici dica-
tur, Gav. To. 1. P. 1. Tit. 9. lit. L. apud Lohner. Inſtr. pract. 1. P. 2. Tit. 11. n. 11.

*Pag.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pag.* 218. *col.* 1. *lin.* 10. *pro* & *imprimend*: ex

*Pag. ead. col.* 2. *poſt lin.* 3. *adde ab initio ſequentia:* Cùm autem (experietia teſte) Recitantes Horas Canonicas non minimam circa faciendas in diverſorum *Feſtorum* ac *Officiorum* OCCURRENTIA & CONCURRENTIA ex Rubricarum Præſcripto *Commemorationes* experiantur difficultatem, ideo, ut etiam in caſibus, in quibus eis nec *Directoria*, nec traditi hactenus per 12. §. §. *COMMEMORATIONUM Canones* ſeu *Regulæ* ſunt ad manũ, aut eas hîc & nunc inſpicere vel locus vel tempus ipſos nõ ſinit, nihilominus expedire ſuis ſe dubijs vel inter earũ recitationem haud operosè poſſint, Statui in eorum gratiam hîc ſubjungere Tabellam, univerſam hactenus à me traditam *Commemorationum* in *OFFICIO Divino* faciendarum Doctrinam compendiosè ob oculos ponentem, & quidem adeò brevem, ut eam in ſeparatam chartam à ſe exſcriptam ipſi BREVIARIJ ſui libro inſerere poſſint; eſt autem ſequens:

## TABELLA COMMEMORATIONUM,
*Quas admittunt*

*I. DUPLEX primæ Claſſis*

In *primis Veſperis* de Duplici 2. Claſſis, & primæ claſſis minùs digno: de Dominica 1. & 2. claſſis: de die octava, item de Dominica per annum (ſi in his illud occurrat) ac denique de Feria majori.

In *Laudibus* de Domin. 2. claſſ. de Domin. per annum: de die octava: de qualibet Feria majori. In 2. *Veſperis* de *duplici* quocunque, etiam 1. claſſis minùs digno: de Domin. de ſemid. de die Octava: de Feria majori.

*II. DUPLEX ſecundæ Claſſis*

In 1. *Veſp.* de Dom. 1. & 2. claſſ. & de Dom. per annum, ſi in illam incidat: Item de duplici 2. claſſis minùs digno: De duplici majore: de duplici per annum, ſeu minore (niſi ſuis locis aliter notetur, uti contingit reſpectu S. Sylveſtri in 1. Veſperis Circumciſionis) De die octava: de Feria majori

In *Laudibus* de die octava: de Dominica per annum: de Feria majore quacunque: de Vigilia: de Feſto ſimplici, non tamen de die infra octavam: excipiuntur S. Stephanus Protomart. S. Joannes Evangeliſta, & SS. Innocentes MM. in quorum Feſtis fit Commemoratio de die infra octavam alterius Feſti, ut rurſum proprio notatur loco.

In 2. *Veſp.* de Dom. quacunque: de duplici etiam 2. claſſ. minùs digno: de die octava: de ſemid: de die infra octavam (ſi tamen die ſequenti fiat de die illa infra oct. Officiũ) de Feria majori Adventûs & Quadrageſimæ: de S. Maria in Sabb: de Feſto ſimplici, niſi ſequatur aliud Feſtum

ſtum dupl. 2. claſs. tunc enim de ſimpl. & Dominica per annum nihil fit in hodiernis Veſperis.

*III. DUPLEX Majus*

In *1. Veſp.* De Dominica quacunque: de duplici, tam in *dignitate*, quàm in *Ritu* æquali (cum quo dividit) de dupl. min: de die oct: de ſemid: de die infra oct: de Feria maj: de Feſto ſimplici.

In *Laud.* de Dominica: de die infra oct: de Feria maj. quacunque: de Feſto ſimplici.

In *2. Veſp.* De duplici æquali (cum quo dividit) de Domin. quacunque: de dupl. min: de die octava: de ſemid: de die infra oct: De Fer: maj: de B. Maria in Sabb: de Feſto ſimplici.

*IV. DUPLEX. minus*

In *1. Veſp.* De Domin. quacunque: de dupl. min. item de die octava (cum quibus duobus, niſi hæc ſint digniora, Veſperas dividit) de ſemid: de die infr. oct: de Fer. maj: de Feſto ſimplici.

In *Laud.* de Domin: de die infra octav: de Feria maj. quacunque: de Feſto ſimpl.

In *2. Veſp.* De duplici æquali: de die octava (cum quibus duobus, niſi hæc ſint *digniora* Veſperas, ùt ſuprà, dividit) de Dominica quacunque: de ſemid: de die infra oct: de Feria maj: de S. Maria in Sabbato (niſi hodiernæ Veſperæ ſint dictæ de ipſa B. V.) ac denique de Feſto ſimplici.

*V. Dies octava*

Admittit eaſdem Commemorationes, quas duplex minus, ſed dies octava Feſtorum Domini, & B. V. eas ſolùm, quas duplex majus.

*VI. DOMINICA per annum*

In *1. Veſp.* de ſemid, de die infra oct. (cum quibus dividit) de Feſto ſimplici.

In *Laudibus* De die infra oct: de Feſto ſimplici.

In *2. Veſp.* De ſemid: de die infra Oct: de Feſto ſimpl. Quòd ſi ſit Domin. privilegiata, admittit, ultra prædictas, etiam Commem: diei octavæ in utriſq; Veſperis & laudib.

*VII. SEMIDUPLEX*

In *1. Veſp.* de ſemid: de die infr. Oct. (cum quibus dividit) de Fer. maj: de Feſto ſimpl.

In *Laud.* De die infra oct. & Feria maj. de Vigilia: de Feſto ſimpl.

In *2. Veſp.* De Domin: de ſemid: de Die infra octav. (cum quibus omnibus dividit) de Feria maj: de Feſto ſimpl.

*VIII. Dies infra Octavam*

Admittit ubique eas, quas Feſtum ſemiduplex.

*IX. Sancta MARIA in Sabbato*

In *1. Veſp.* & *Laud.* de Feſto ſimplici tantùm. X. *Fer. maj. & Vigilia* de Feſt. ſimpl. tantùm.

*XI. SIMPLEX*

Tantùm de ſimplici minùs digno.

*Obſerva*

1. De *Octava* NATIVITATIS, EPIPHANIÆ, & CORPORIS CHRISTI fieri Commem. in utriſque Veſp. & Laud. quocunque Feſto infra eas occurrente.

Ob-

*Obſerva II.*

In 1. Veſperis Feſtorum 1. claſſis fieri quidem Commemorationem de *die octava* horum 5. Feſtorum, nempe *Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, *Paſchæ*, *Aſcenſionis*, *& Corporis CHRISTI*, non tamen de *Die octava* aliorum Feſtorum.

---

*Nunc imprimenda ab initio ſunt ea, quæ in 1. Editione P. III. Pag. 218. c. 2. lin. 4. & ſequentibus lineis illius columnæ habentur, incipiendo ab iſtis Verbis*: Et hæc hactenus

*Pag. 219. col. 2. lin. 9. poſt* Trinitatis *pro puncto fiat comma, & poſtea adde*: dicenda tamen in *Miſſa conventuali*, loco *Miſſæ ferialis* infra hebdomadem *cantatâ*, non in *Tono feſtivo* ac *ſolemni* (uti ſolet in *Feſto SS. Trinitatis*, ac *Miſſis votivis ſolemnibus*) ſed in *Cantu* ſeu *Tono feriali*, prout extat ac notatur in Miſſali Romano in *ORDINE Miſſæ* ſub Titulo columnari: *Præfatio ferialis de S. Trinitate*, aliquot folijs ante *CANONEM Miſſæ*.

*Pag. ead. col. 2. poſt lin. 22. ab initio imprimenda ſunt ſequentia*: Poſt Miſſam votivam de SS. Angelis generatim ſumptis, ſubjungit Miſſale Romanum pro Miſſa quoque votiva de S. Michaële Archang. in ſpecie dicenda ſequentem Rubricam: *Alia Miſſa votiva de S. Michaële Archang. dici poteſt prout in ejus Dedicatione 29. Septembr.* Quod ipſum proin reſpectivè, ac cum proportione) practicari poterit à volentibus dicere Miſſam *votivam* de SS. Gabriele, ac Raphaële &c ijs in locis, in quibus de Sedis Apoſtolicæ, aut S. R. C. licentia propriæ de ipſis Miſſæ ſunt certò conceſſæ. Quæ omnes (utpote pariter de Angelis) dicendæ ſunt cum *Gloria* (attamen ſine *Cred.* niſi cantentur *ſolemniter*) & cum *Ite Miſſa eſt* in fine.

*Pag. 220. col. 1. lin. 36. pro* alibi *imprimend.* P. I. Tit. 33.

*Pag. ead. col. 2. lin. 2. poſt* Apoſtolis; *ſemicolon mutetur in comma, & poſt comma adde*: in Miſſa tamen conventuali cantata, dicenda cum ſuo *cantu Feriali*, uti in *Miſſis votivis de Apoſtolis*, extánſque cum ſuo dicto *Tono*, ac Notis Muſicalibus in Miſſali Romano in *Ordine Miſſæ* ante CANONEM, ſub Titulo columnari: *Præfatio ferialis de Apoſt.*

*Ibid. col. 2. lin. 18. poſt* Apoſtolis *adde*: ut ſuprà,

*Pag. ead. col. 2. lin. 27. poſt* die *punctum mutetur in comma, & poſtmodum adde*: & (ſiquidem tanquam Miſſa *conventualis cantetur*) dicenda cum ſuo cantu, ſeu Tono, ùt in *Miſſis votivis de Spiritu Sancto* in ORDINE *Miſſæ* ante CANONEM.

*Pag. 223. col. 2. lin. 21. poſt* &c *omiſſo commate adde ſequentem Parentheſin* (& ſiquidem cantentur tanquam *Miſſa conventualis currentis*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tis Sabbati*, tunc cum *ſuo cantu* dicendas, uti pro Miſſis votivis de B.
MARIA à Miſſali Romano in Ordine Miſſæ ante CANONEM ſub Titu-
lo columnari: *Præfatio ferialis de B. MARIA* præſcribitur)

*Pag. 224. col. 1. poſt lin. 24. ab initio adde ſequentia:* Petes: quando
in certis Religionibus in Sabbato ex ſedis Apeſtolicæ Indulto recitatur
Officium de Immac. Concept. B. M. V. & die eodem aliquis talium Re-
ligioſorum vult celebrare *Miſſam votivam* de aliquo alio Sancto non ha-
bente propriam Præfationem, debeat pariter dicere Præfationem *com-
munem*, non autem *de B. V. Conceptione*? Ad hoc Quæſitum reſpondet non-
nemo Recentior. negativè, censétq; dicendá Præfationem de B. V. Con-
ceptione, donec aliter de mente S. R. C. conſtiterit in ejuſmodi caſu, per-
inde ac quando dicitur Miſſa votiva de Sancto non habente propriam Præ-
fationé infra octavam Imacul. Concept. at ego ſentio oppoſitú, de reliquo

*Pag. ead. col. 1. lin. 30. poſt* Septembr. *adde*: Dixi autem: *ut votivam*,
nam *Sabbatis*, nec *Feſto 9. Lectionum*, nec *aliter impeditis*, poſſunt
Miſſam de *Feſto Conceptionis B. V. M.* infra annum extra *Adventum*, &
*Quadrageſimam* dicere illi, qui à Sede Apoſtolica habent Privilegium,
ſeu Indultum dicendi infra annum Officium & *Miſſam* de Immaculata
Conceptione in ejuſmodi Sabbatis modô ſuprà P. II. Tit. XII. die 15. De-
cembr. in fine relatô.

*Pag. 226. col. 2. lin. 33. poſt* tunc juxta *adde:* Caſtald. L. 2. ſect. 6. cap.
4. n. 1. &

*Pag. 228 col. 1. lin. 14. pro* Lectiones *imprimend*: Rationes

*Ibid. col. 2. lin. 9. poſt* generis. *punctum muta in comma, & poſt mo-
dum adde*: ſimûlque hîc nota, quòd quando in Miſſa *votiva non ſolemni*,
dictâ v. g. in *Feſto ſemiduplici*, in quo occurrit etiam *ſimplex* (adeoque
2. Oratio in tali caſu eſt *de ſemiduplici.* 3. de *ſimplici*) numerô ternariô
Orationum jam completô addenda eſt Oratio inſuper quædam imperata
ad tempus à Superioribus, tunc ea in tali Miſſa votiva, utpote dicta Ri-
tu ſimplici, ponenda ſit quintô locô, quartô autem locô illa, quæ alio-
quin in *ſemiduplicibus* illius temporis ſecundô locô regulariter dici ſolet;
eò quòd uſus habeat, ut ejuſmodi oratio *imperata* ordinariè ultimo ad-
datur loco, conformiter Rubricæ Miſſal.

*Pag. 229. col. 1. lin. 7. poſt* orationes *locô commatis adde hanc Paren-
theſin* (quarum 2. erit de die currente. 3. illa quæ alioquin eſſet 2.)

*Ibid. col. 1. lin. 9 poſt* votivæ, *adde ab initio ſequentia*: Pari modo,
ſi Miſſa votiva privata ex ſpeciali Privilegio, aut gravi de cauſa neceſſa-
riò dicenda eſſet vel in Feſto aliquo *duplici*, vel in die octava alicujus *Fe-
ſti*, tunc ad ſupplendum numerum imparem (nempe ternarium, in tali
caſu

caſu in Miſſis *votivis privatis* à Rubrica gener. Miſſalis Tit. IX. num. 14. omnino requiſitum) addenda eſſet commemorationi de *duplici*, aut *die octava* occurrente, tertia oratio, & quidem vel ab ipſo celebrante liberè eligenda, vel à Superioribus tunc temporis forſan præſcripta. Dixi: *tertia*; quia ſecunda Oratio juxta Rubric. gener. Miſſal. Tit. 7. n. 3. in *Miſſis votivis privatis*, ſecluſa ſpeciali conceſſione &c, ſemper debet eſſe de eo, de quo fit Officium. Ex quo infertur, in tali caſu non poſſe pro 3. Oratione aſſumi Orationem pro Defunctis, ùt conſideranti patebit.

*Pag. 230. col. 1. lin. 7. poſt* ùt ſuprà *adde:* Hinc, ſi de aliquo, aut aliquibus Sanctis, qui alioquin occurrunt, ſeu celebrantur extra tempus *Paſchale*, dicenda ſit Miſſa votiva *Tempore Paſchali*, tunc, ſi ejuſmodi Sanctus ſit vel *Confeſſor Pontifex*, vel *non Pontifex*, vel *Virgo, vel Vidua* &c, tunc dicenda quidē ſit Miſſa, quæ aliàs, nempe ùt extra tempus Paſchale, ad Introitum tamen ante Pſalmum addantur prædictô modô duo *Alleluja*, unum item ad Offertorium, & unum ad Communionem, omiſſóque Graduali poſt dictum duplex *Alleluja* cum ſuo verſu & *Alleluja*, addatur alius verſus cum alio *Alleluja*, uti habet Rubrica Miſſalis Cōmuni plurimor. Martyr. præfixa, ac in COMMUNI SANCTORUM ſuis reſpectivè locis annotatur. Si verò ejuſmodi Sanctus (unus vel plures) non ſint de numero *Confeſſorum*, aut *Virginum* &c, ſed de Numero *Virorum Martyrum*, tunc diſpiciendum imprimis eſt, an habeat Miſſam *feſtivam propriam*, an tantùm de *communi*: Si habeat Miſſam propriam integrè feſtivam, eadem etiam, ùt votiva, integrè dicenda eſt, Ritu tamen *votivo*, ac *Paſchali*, omiſſóque Graduali dicendo duos Verſus cum quatuor Alleluja, ùt in Communi *unius Martyris Tempore Paſchali* in Miſſa *Protexiſti* ponuntur, ſiquidem votiva illa Miſſa ſit de uno tantùm Martyre, & non *de pluribus* Martyribus: Sic in Exemplo, ſi v. g. Miſſa votiva dicenda ſit *Tempore Paſchali* de S. Stephano Protomartyre, ſumenda illa eſt integrè ex ejus Feſto die 26. Decemb, (eò quòd tota ſit propria) attamen Ritu votivo ac Paſchali, adeoque [niſi ſit ſolemnis] ſine *Gl. & Cr.* & cum 2. *Alleluja* in fine *Introitûs*, ante Pſalmum, unóque poſt *Offertorium*, & uno poſt *Communionem*, dicendóque, omiſſô Graduali, duos Verſus deſumendos cum quatuor *Alleluja* ex Miſſa *Protexiſti*, ùt in communi *unius* Martyris Tempore Paſchali: Quòd ſi verò ejuſmodi Sanctus Martyr habeat Miſſam feſtivam non integrè, ſeu quoad omnia *propriam*, ſed habentem aliqua de *communi*, tunc manentibus proprijs, reliqua tantùm ſumuntur de commuui tempore Paſchali, adeoque in caſu, quô v. g. Tempore Paſchali dicenda eſt *Miſſa votiva* de S. Apollinare Mart, habente in ſua Miſſa omnia propria, præter *Introitum*,

*Gra-*

*Graduale & Offertorium*, dici quidem ea debet ùt in Feſto, Ritu tamen Paſchali, ac *Introitum* & *Offertorium* ſumendo de communi unius Martyris Tempore Paſchali ex Miſſa *Protexiſti*, omiſſóque *Graduali* locô hujus dicendô duos Verſus, cum quatuor *Alleluja*; deſumendos ex eadem Miſſa de uno Martyre Tempore Paſchali. Idem eſt ſi Evangelium ejuſmodi Miſſæ non integrè propriæ talis Sancti ſit *de communi*, tunc enim ſi in Miſſa, extra Tempus Paſchale de tali Sancto in ejus Feſto dicenda, ſit Evangelium: *Si quis venit ad me &c*, in Miſſa votiva *Tempore Paſchali* de eodem dicendâ, dici debet Evangelium: *Ego ſum vitis vera* in eadem Miſſa *Protexiſti* de *communi* unius Martyris Tempore Paſchali exiſtens; id quod inſinuat Rubrica gemina Miſſalis ad diem 7. & diem 18. Maij; ſi verò in Miſſa *extra Tempus Paſchale* in Feſto talis Matryris ſit Evangelium: *Si quis vult poſt me venire &c*, tunc in Miſſa votiva *Tempore Paſchali* de eo dicendâ dici debet Evangelium: *Ego ſum vitis, vos palmites &c* ex Miſſa *Sancti tui Domine &c*, de communi plurimor. Martyrum *Tempore Paſchali*, niſi aliter ſuô locô notetur, utì contingit circa Miſſam de S. Hermenegildo Mart. de quo licèt Tempore Paſchali dicenda ſit Miſſa *Protexiſti* (non autem Miſſa: *In virtute tua*, extra Tempus Paſchale ei de communi Martyrum aſſignata) Evangelium tamen: *Si quis venit ad me &c*, etiam Tempore Paſchali de eo eſt dicendum, adeoque non mutandum in Evangelium Temporis Paſchalis; ita enim exigit Rubrica Miſſalis Miſſæ de S. Hermenegildo, extra Tempus Paſchale dici ſolitæ, ad diem 13. Aprilis ſubſcripta.

Si verò ſanctus ille Martyr, de quo, alioquin *extra Tempus Paſchale* occurrente, dicenda eſt Miſſa votiva ipſo *Tempore Paſchali*, non habeat *Miſſam votivam propriam*, ſed tantùm de *communi unius Martyris extra Tempus* Paſchale pro ejus Feſto aſſignatam, tunc Miſſa votiva, *Tempore Paſchali* de eo dicenda, ſumenda quidem eſt de *communi unius Martyris Tempore Paſchali*, adeoque Miſſa: *Protexiſti &c*, ita tamen, ut eadem dicatur oratio, quæ in Feſto (Orationes enim non variantur) Evangelium verò in ea dicendum eô modô dicatur, quô paulò ſuperiùs dici debere à me fuit annotatum. Atque hæc de *modo* ac *Ritu* dicendi *Miſſam* votivam *Tempore Paſchali* de *uno Martyre*, cujus Feſtum *extra Tempus Paſchale* cæteroquin occurrit, ac celebratur.

Loquendo nunc autem de *Modo* ac *Ritu* dicendi votivas de *pluribus Martyribus* in ejuſmodi caſu: ſi dicenda ſit Miſſa votiva Tempore Paſchali de *pluribus Martyribus*, quorum Feſtum alioquin occurrit, ac celebratur *extra Tempus Paſchale*, obſervanda eadem ſunt reſpectivè, quæ in Miſſis votivis de uno Martyre eo Tempore in ejuſmodi caſu ſunt ob-

ſer-

ſervanda, ut nempe ea, quæ ipſis *propria*, aut *convenientia* dignoſcuntur, retineantur, quæ verò *deeſſe* vel non *convenire* deprehenduntur, ea prudenter ex Miſſa: *Sancti tui Domine* (quæ ſola pro *Communi plurimorum Martyrum Tempore Paſchali* à Miſſali Romano explicitè aſſignatur) vel etiam ex Miſſa: *Protexiſti &c* juxta Rubricam extantem in fine ejuſdem Miſſæ: nam ſi *extra* Tempus Paſchale ſit Evangelium *Cùm audieritis prælia &c*, dicendum eſt Tempore Paſchali Evangelium: *Ego ſum vitis vera &c* ex Miſſa *Protexiſti*; ſi verò *extra* Tempus Paſchale ſit Evangelium: *Deſcendens JESUS de monte &c*, dicendum eſt Tempore *Paſchali* Evangelium: *Ego ſum vitis vos palmites &c.* Alia tamen Evangelia, v. g. *Niſi granum frumenti &c*, item illa, quæ poſt Miſſam: *Salus autem Juſtorum &c*, in communi plurimorum *MM. extra Tempus Paſchale* à *M*iſſali pro Tempore Extrapaſcali ultra præcedentium Miſſarum Evangelia inſuper aſſignantur, non perinde videntur mutanda, ſi *Tempore Paſchali* dicenda ſit *M*iſſa de *M*artyribus, quibus *extra Tempus Paſchale* in eorum Feſto tribuitur aliquod ejuſmodi Evangeliorum; cùm nulla hujuſmodi mutationis etiam in his faciendæ fiat mentio in Rubricis.

Quòd ſi viciſſim Tempore *Nonpaſchali* dicenda ſit Miſſa votiva de uno aut etiam pluribus Sanctis, cujus, vel quorum Feſtum alioquin occurrit, ac celebratur *Tempore Paſchali*, tunc ſi illi ſancti (ſeu unus, ſeu plures) fuerint *Confeſſores, Pontifices, aut non Pontifices*, *Virgines*, aut *non Virgines &c*, tunc ex *M*iſſa, in eorum Feſtis *Tempore Paſchali* dici ſolitâ, demuntur ſolummodo *Alleluja*, quæ ad *Introitum*, *Offertorium & Communionem* ex Præſcripto Rubricæ (*communi* plurimor. *M*artyrum præfixæ) in ea Tempore Paſchali debent ſuperaddi; poſt Epiſtolam autem ſeu Lectionem locò quatuor *Alleluja*, cum duobus Verſibus Tempore Paſchali dici ſolitorum, dicendum eſt Graduale ex Miſſa de *communi Sanctor.* extra Tempus Paſchale deſumendũ, ſi proprio loco nõ extet; ſi verò ille Sanctus, vel illi Sancti non fuerint *Confeſſores*, nec *Virgines &c*, ſed unus vel plures *Martyres*, tunc videndum eſt, an ſint *Pontifices*, vel *non Pontifices*; de quo item *loco*, & *communi* ſit Miſſa, quæ ipſorum Feſto pro *Tempore Paſchali* alioquin eſt aſſignata: quô intellectô ſumi ea debet de loco & communi Martyrum Tempore non Paſchali, ijs ſolummodo retentis ex *M*iſſa Feſti, quæ tali Sancto (uni vel pluribus) ſunt *propria*, & *Tempori non Paſchali* convenientia: de quo verò *communi*, & *loco* ſit *M*iſſa Feſti, & qualis *votiva* pro Tempore non Paſchali ei ex communi Martyrum Tempore Non-Paſchali ſubſtituenda ſit, ut plurimùm ex *Orationibus* vel *Evangelio* colligi poterit: Si enim in *M*iſſa feſti-

ſtiva alicujus v. g. *Martyris* Pontificis, Tempore Paſchali alioquin celebrari ſoliti, ſit Oratio: *Infirmitatem noſtram &c*, vel Evangelium: *Ego ſum vitis vera &c*, *Miſſa votiva* pro Tempore extra-Paſchali de tali Sancto deſumi debebit ex communi unius *Martyris* Pontificis Tempore non-Paſchali, adeoque dici (Ritu tamen votivo) Miſſa: *Statuit &c*, hoc eſt, Prima de communi unius *Martyris* Pontific. Tempore Non-Paſchali, cum eadem quidem Oratione, quæ dicitur in Feſto, non tamen cum eodem Evangelio, quod habet Miſſa Temporis Paſchalis, ſed locô Evangelij: *Ego ſum vitis vera &c*, dicendo Evangelium: *Si quis venit ad me &c*, ſi verò in *Miſſa* feſtiva alicujus v. g. *Martyris* Pontificis TempòrePaſchali ſit Oratio: *DEUS, qui nos Beati N. Martyris tui atq; Pontificis*, autEvangelium: *Ego ſum vitis vos palmtes &c*, tunc Miſſa votiva de eo Tempore non-Paſchali dicenda erit: *Sacerdotes DEI &c*, itidem de *communi unius Martyris Pontificis* 2. loco, & ſic de alijs juxta ſuperiùs inſinuata (ea videlicet, quæ ibi dicta ſunt de regulandis hujuſmodi Miſſis votivis pro) *Tempore Paſchali* applicando viciſſim, & è contrario, ac ſuo modo ad Tempus non Paſchale. Vide Dicta P. I. Tit. 24. poſt init. & P. II. Tit. 5. die 12. Maij.

*Pag. ead. 230. col. 1. lin. 10. pro* nisì *imprimend:* etſi *Ibid. col. 1. lin. 12. poſt* nam *imprimend*: etiam

*Pag. ead. col. 1. locô eorum, quæ lin. 13. 14. 15. & 16. in prima Editione habentur, in nova autem Editione ſunt omittenda, imprimantur ſequentia:* quoq; votivis, ſi quæ ſolemniter (nam privatæ, uti & Miſſæ de *Requiem* ab anno 1714. infra eam omnino prohibentur) *propriam* habentes *Præfationem* tunc celebrentur, dicendam eſſe *propriam Præfationem*, attamen cum *communicantes* de Nativitate, conſtat ex dictis ſuprà *P. II. Tit.* 12. ubi etiam excipio Miſſas de *Requiem:* in his enim

*Pag. 231. col. 1. lin. 1. poſt* Octava: *adde:* Sic, ſi Tempore Paſchali infra Octavam v. g. *Inventionis S. Crucis* (ubi eſt *Titulus Templi*, & celebratur cum *Octava*) in Feſto ſemiduplici S. Stanislai Epiſc. & Mart. alicubi celebranda ſit *Votiva* de B. V. M. Præfatio dicenda eſt de B. V. M. *Et te in Veneratione*, non autem de S. Cruce, aut *Tempore Paſchali*; eò quòd Rubrica abſolutè dicat: *In Miſſis votivis dicitur Præfatio propria, ſi propriam habeant.* Viciſſim, ſi in Feſto ſemiduplici, occurrente infra *octavam* Inventionis S. Crucis, vel SS. Apoſtolor. Philippi & Jacobi (ubi hæc Feſta celebrantur cum Octava) dicenda ſit *Tempore Paſchali* Miſſa votiva in honorem v. g. S. Joſephi, qui propriam Præfationem non habet, dicenda eſt Præfatio de S. Cruce, vel de Apoſtolis, non autem Paſchalis. Quæ omnia colligunt DD. ex Rubri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bric. general. 12. Miſſal. Si, occurrentibus *duabus*, aut *tribus* OCTAVIS (v. g. *Aſcenſionis*, & *Inventionis S. Crucis &c*) cum ijs etiam Feſtum *ſemid.* infra eas occurrat, ſitq; eadem die dicenda Miſſa votiva, propriam Præfationem non habens, dicitur Præfatio (prout etiam *communicantes*) de Octava digniore, v. g. de Aſcenſione, niſi dignior Octava Præfatione propria careat. Idem eſt eſt, ſi Officium fiat de *Die infra Octavam*, cum Commemoratione alterius diei infra Octavam occurrentis.

*Pag. ead. 231. col. 1. poſt lin. 17. adde:* alioquin in Tono feriali, prout nempe uterque

*Ibid. col. 1. lin. 18. pro* qui nimirum aſſignatur in Feſtis *imprimend:* aſſignatur ſuis locis in *Miſſali* cum Notis muſicis pro *Miſſis* tam *feſtivis*, quàm *votivis* *Ibid. col. 1. lin. 20. poſt* MARIÆ *fac comma*, & *adde*: Apoſtolorum &c;

*Ead. pag. col. 1. lin. 29. poſt* decantatæ. *adde*: Quando autem *Miſſa* aliqua *votiva* celebratur quidem etiam *cum cantu*, attamen *minùs ſolemniter* (v. g. aliqua ex paulò antè, & ſuprà relatis, locô Miſſæ conventualis ſeu principalis, de *Feria minore*, infra currentem Hebdomadam) tunc competens ei Præfatio non eſt cantanda *in cantu* ſeu *Tono ſolemni*, ſed *feriali*, nempe illo, qui cum Notis muſicalibus extat in Miſſali Romano ante CANONEM in ordine Miſſæ, ſub Titulo columnari: *Præfatio ferialis de S. Trinitate, de Spiritu Sancto, de B. MARIA, de Apoſtolis &c*, ubi etiam extant PRÆFATIONES cantandæ in *cantu*, ſeu *Tono feriali* in *Feſtis ſimplicibus*, & *diebus ferialibus*, ubi propria non habetur, & in omnibus *Miſſis Defunctorum*.

Qualis *Præfatio* dicenda ſit in *Miſſa votiva ſolemni*, dicta pro publica Eccleſiæ neceſſitate, vel cauſa, *infra Octavam Nativitatis Domini*, Vide P. II. Tit. 12. die 25. Dec.

*Pag. ead. 231. col. 1. lin. 33. poſt* Præfationem *adde*: (niſi *votiva*, eo Tempore *ſolemniter* dicta, propriam habeat) *Ibid. col. 2. lin. 30. poſt* votivarum *adde*: de Sanctis

*Ibid. col. 2. lin. 31. poſt* Feſtorum, *adde*: Excipitur Miſſa votiva de *SS. Innocentib.* ad quam, ſi *ùt votiva* dicatur, adhibendum eſſe colorem rubeum, ex Rubric. gener. XVIII. Miſſal. n. 3. colligitur:

*Ibid. col. 2. lin. 36. poſt* albus *adde*: Qualis autem *color* adhibendus ſit ad reliquas *Miſſas votivas*, ad finem Miſſalis pro diverſis rebus annotatas, dicetur infrà in *Miſſarum votivarum tertij generis* declaratione. Quamvis autem ex hactenus relatis, & infrà referendis *coloribus*, celebrans quamcunque Miſſam votivam cum adhibere debeat colorem,

 quan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum attinet ad *Paramenta Sacerdotalia*, quem *Qualitas Miſſæ votivæ* juxta tum antè dicta, tum infrà dicenda per Rubric general. XVIII. requirit, *Altaris* tamen *Paramenta* erunt conformia illi, de quo celebratur *Officium illo die*; niſi fortè votiva ſit pro *Re gravi*, & *publica Ecclesiæ cauſa*, eàque *ſolemniter celebretur*; nam tunc etiam *Altaris Paramenta* cum Miſſa votiva convenire debent. *Caſtald. L. 2. ſect. 6. cap. 4. n. 6.*

*Pag. 234. col. 1. lin. 5. poſt* Tempore *adde*: ( v. g. de *Dominica, Adventu, Quadrageſima &c* ) *Ibid. col. 1. lin. 6. poſt* Eccleſiæ *adde*: puta *de Paſchate, Aſcenſione Domini &c*

*Ibid. col. 1. lin. 17. poſt* Domini &c. *adde*: dici tamen poſſunt Miſſæ votivæ de *SS. Trinitate, de S. Spiritu, de Paſſione Domini, & SS. Sacramento*, non quidem eæ, quæ in ipſis horum Myſteriorum Feſtis, aut Celebritatibus dicuntur, ſed illæ, quæ inter *votivas* in fine Miſſalis aſſignantur poſt Miſſam de *Dedicatione Eccleſiæ*, cum *proprijs ſuis Præfationibus*: Circa quas tamen Præfationes notandum, quòd, quando ejuſmodi *Miſſæ votivæ* dicuntur *cum cantu* quidem, non tamen per modum *Miſſæ votivæ ſolemnis*, ſed *minùs ſolemniter*, v. g. locò *Miſſæ conventualis* diebus infra Hebdomadem non impeditis ( ùt in Rubrica tum general. IV. Miſſal. n. 3. tum etiam particulari, *Miſſis votivis* ab eodem Miſſali præfixa ) tunc Præfationes illarum, pariter non ſint dicendæ in *cantu*, ſeu *Tono ſolemni* ( uti in ipſis prædictis Feſtis ) ſed in *cantu*, ſeu *Tono feriali*, quorum uterque cum *Notis muſicis* expreſſus extat in Miſſali Romano, cum præfixa utrilibet eorum Rubrica. Idem eſt de *Præfatione* dicenda in Miſſis votivis de B. M. V.

*Ead. pag. 234. col. 1, ante lin. 18. adde ab initio inſuper ſequentia*: Etſi de SANCTIS *non deſcriptis in Kalendario Romano* ( niſi de Sedis Apoſtolicæ, aut S. Rit. Congr. ſpeciali conceſſione ) *Officium Eccleſiaſticum* in ordine ad ſatisfaciendum obligationi de recitando Breviario dici non poſſit, & conſequenter nec *Miſſæ propriæ* eorumdem *Sanctorum* ſecundùm ordinem *Officij* queant celebrari, nihilominus tamen poſſunt dici *Miſſæ votivæ* de quocunque *Sancto*, de cujus *Canonizatione conſtat* vel ex Martyrologio Romano, vel aliàs, uti cum Caſtaldo tradit Quarti *Commentar. in Rubric. P. 1. Tit. 4. dub. 7. cum alijs.* Dixi autem: *de cujus Canonizatione conſtat*, ut inſinuarem, hoc nomine non venire *Sanctos toleratos* tantùm, h. e. illos, de quorum Canonizatione nec ex Martyrologio, nec aliàs legitimè conſtat, ſed ſolummodo vel ob patrata miracula, vel aliunde ab hominibus, ſciente, & non contradicente Eccleſia, *Sancti* appellantur, ac privato tantùm, non autem publi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

blico, & univerſaliter conceſſo cultu coluntur. Prohibitum tamen non videtur, in honorem ejuſmodi Sanctorum Miſſam de *die*, vel *Feſto currente* juxta mentem & Ritum S. Eccleſiæ Catholicæ dicere, aut etiam *Miſſam votivam*, non quidem de ipſo tali Sancto, ſed de *SS. Trinitate*, celebrare, quod ultimum habere praxis videtur. At

*Petes:* An *Miſſæ votivæ* etiam de *Beatis*, attamen *nondum canonizatis* dici poſſint? ℟. Affirmativam quidem tenere Paſqualigum Tr. 1. de Miſſ. ſacrif. q. 227. à n. 3. attamen communem & veram Sententiam id negare apud, & cum MARIA Quarti P. 1. Tit. 4. dub. 6.

*Ibid. col. 2. lin. 30. pro* 25. April. *imprimend:* 25. Aprilis (exceptis tamen *Orationibus, Epiſtola, & Evangelio*) *Ibid. col. 2. lin. 33. poſt* cit. *adde:* n. 10.

*Pag. 235. col. 1. lin. 3. poſt* Apoſtolis *locô commatis fac punctum, reliqua autem omnia, quæ ſequuntur, tum in eadem, tum in ſubſequentibus octo lineis, ſunt omittenda, & locô omiſſorum in nova Editione ante num. IX. ſequentia ſunt ſubſtituenda ac imprimenda:* Quando dicenda eſt *Miſſa votiva* extra *Tempus Paſchale* de illis Apoſtolis, quorum Feſtum celebratur alioquin *Tempore Paſchali*, tunc ea, quæ deſunt, aut non competunt Miſſæ *extra Tempus Paſchale celebratæ*, deſumenda erunt ex Miſſa votiva Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, retentis ijs, quæ convenienter poſſunt retineri. At

*Petes:* Quænam dicenda ſit Miſſa, ſi quis petat *votivam* dici in honorem 12. *SS. Apoſtolorum*, v. g. in loco, in cujus quadam Eccleſia extat quoddam Altare laterale in honorem SS. 12. Apoſtolorum dedicatum, quale ipſemet vidi? Ad hoc Quæſitum reſpondet P. Conſtantinus Hagerer in *Appendice Libelli de ſervand. Rit. in celebrat. Miſſ. priv. Tit.* 18: Dicendam eſſe Miſſam votivam SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, extantem in fine Miſſal. inter votivas 3. loco, excepta 1. Oratione, cujus locô dici poterit illa, quæ dicitur in Feſto SS. Simonis & Judæ 28. Octob. omiſſis verbis: *Simonem & Judam*, cui reſpondens *Oratio ſecreta*, & *Poſtcommunio* ſumenda quidem eſt ex Miſſa votiva SS. Petri & Pauli, ſed in ea pariter vel omittenda erunt verba *Petri & Pauli*, vel, his retentis, addenda verba: *& aliorum Apoſtolorum*, prout facit Eccleſia in Oratione: *Protege*, quæ habetur in Laudibus & Veſperis Officij parvi B. M. V. Tempore verò Paſchali ea, quæ aliunde ſunt ſupplenda, pariter ſumenda erunt ex Miſſa S. Marci conformiter ijs, quæ præſcribit Rubrica Miſſalis in fine Miſſæ votivæ SS. Petri & Pauli. Ità reſpondet ibi citatus Scriptor, ubi etiam congruas hujus ſui Reſponſi affert Rationes. Et quoniam Miſſa, quam in propoſito caſu dicendam aſſignat, eſt una



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex Miſſis, extantibus in *Miſſali Romano*, utpote eadem ( exceptâ *Oratione* ) cum *votiva de SS. Apoſtolis Petro & Paulo*, ideo eam dicens non *fabricat ſibi novam Miſſam*, uti faceret is, qui rogatus facere Miſſam de 3. SS. Patriarchis *Abraham*, *Iſaac*, & *Jacob*, faceret *nullatenus extantem* in Miſſali. Simili ferè modo Reſpondet P. Lohner ( alibi à me relatus ) ad caſum, in quo dicenda eſt *votiva* de 14. SS. *Auxiliatoribus*. Quæ autem dicta ſunt hactenus de omnibus *Apoſtolis*, intelligenda quoque ſunt ( inquit idem P. Hagerer ) de *Miſſis votivis* quorumdam tantùm Apoſtolorum, niſi ijdem habeant *Miſſam communem* ( uti habent SS. Simon & Judas Thaddæus ) aut alia obſtet Ratio; quòd autem *Oratio* extans in *Miſſa votiva SS. Petri & Pauli* mutanda ſit tunc, quando ea dicitur de 12. aut *aliquot* tantùm *Apoſtolis*, adeoq; tunc iſtis accommodanda, pariter non infert novæ Miſſæ Fabricam; cùm hujus rei Exempla non modò Gavantus ( P. II. Ephemerolog. ad diem 1. Maij à me citatus ) ſed ipſum quoque *Miſſale Romanum* non uno in loco ſuppeditet, quod imitari cum præcipuo Rubricarum ejus interprete, non eſt *novam Miſſam fabricare*, ſed ab eo permiſſam ſimili caſui accommodare.

*Pag. 246. col. 2. lin. 9. poſt* Jun. *adde*: vel ( ùt alij citant ) 12. Jun.

*Ibid. col. 2. lin. 31. poſt* Triduum. *adde:* Imò non deſunt, qui ſcribant, in ſuprà dicto Decreto à S.R.C. & Clem. X. prohiberi, ne etiam *infra Octavam* SS. CORPORIS CHRISTI Miſſæ *votivæ quæcunque*, vel *pro Defunctis*, celebrentur: Verùm *Directoria Romana*, etiam recentiora ( nominatim de anno 1718. 1719. & 1720. ) Prohibitionem illam ſolummodo ad Miſſas *votivas privatas*, non autem etiam ſolemnes extendunt; ſic enim, agentia de SOLEMNITATE SS. Corporis Chriſti, loquuntur: *Infra hanc Octavam dici non poſſunt Miſſæ votivæ privatæ, neque Defunctorum, nec dici 9. Lectio de Feſto ſimplici, niſi quando fit Officium de alio Sancto.*

*Pag. 249. col. 1. lin. 4. poſt* actione. *adde:* Nota etiam: Kerkove Commentar. c. 2. §. 2. n. 29. contra Gerlac. Vinitor. paulò antè relatum tenere, in *Profeſſione Religioſorum*, ac *Monialium*, uti & in *Primitijs Neomyſtarum*, celebrari poſſe Miſſam de *S. Spiritu*, vel aliam votivam pro ſua Devotione, eſto alioquin Officium ſit *duplex*, aut de *Dominica*, dummodo Feſtum illud non ſit unum ex *principalioribus*, ſeu *1. claſſis*, aut *Dominica privilegiata* pariter 1. *claſſis*: fundátque hanc ſuam Sententiam tum in conſuetudine, tum etiam in Ratione *Boni communis*, tam Religionis, quam etiam Eccleſiæ. Videtur autem mihi loqui de *Miſſa votiva ſolemni.*

*Pag. 250. col. 2. lin. 34. poſt ciphram 40. adde:* ( vel etiam in 10. )

*Pag.*

*Pag. ead. col. 2. lin. ult. poſt* Officialium, *adde:* vel alia *Re* eorumdem judicio *gravi &c.*

*Pag. 260. col. 2. lin. 3. poſt* dicitur. *adde*: Utiliter quoque legentur ea, quæ habentur in libello ibidem anno 1718. impreſſo cum Titulo: *Modus celebrandi rectè & fructuosè Miſſam,* item in *Methodo* P. Scouville.

*Pag. 276. col. 1. lin. 23. poſt* damnata. *adde:* Nota 3. in Decreto Alexandri VII. edito 1662. die 5. Aug. quô prohibet dici Miſſas privatas de *Requiem in Feſto duplici*, Tò *duplici* non afficere *Sacerdotem celebrantem*, ſed ipſam *Eccleſiam*, in qua celebrat, uti nonnemo colligit ex illis verbis in fine Decreti: ab omnibus celebrare volentibus; ac proinde, ſi v. g. Sacerdos ſæcularis celebrare cupiat in Eccleſia Regularium, in qua hi celebrant Feſtum *duplex*, quamvis illud ſit ſolùm particulare illius Eccleſiæ, vel Religionis, is ibi non poteſt celebrare Miſſam *de Requiem*, eſto ipſe, aut ejus Eccleſia eo die faciat Officium tantùm de *ſimplici*, vel *Feria, aut ſemiduplici.* Fagiol. *Annot. in Jav. lit. E. n. 4.* Unde ſi debeat eo die (v. g. Ratione *Altaris privilegiati*) dicere Miſſam *de Requiem* ad *Altare privilegiatum* dicendam, adeunda ipſi erit alia Eccleſia, in qua talem dicere poſſit. Vide dicta ſuperiùs Tit. 2. n. VIII.

*Pag. 277. col. 1. lin. 8. pro* in Sepulto *imprimend*: inſepulto

*Pag. 280. col. 1. lin. 9. poſt* librum *adde*: (quaſi verſus *Defunctum*, ſeu *Defunctos*, pro quo, vel quibus celebrat, ùt notat Gav.)

*Ibid. col. 2. lin. 8. poſt* Exequijs *adde ab initio ſequentia:* In *Miſſis quotidianis Defunctorum* dicendæ ſemper ſunt plures Orationes, nempe *tres.* Porrò, cùm plures dicendæ ſunt Orationes, *primô locô* dicitur Oratio pro ijs, pro quibus Miſſa celebratur, *ſecunda* & *tertia* verò Oratio erunt illæ, quæ ſecundô & tertiô locô ponuntur in *Miſſa quotidiana* Defunctorum. *Lohner Inſtruct. pract.* 1. *P.* 4. *Tit. 3. §. 2. n. 4.* Cenſet tamen Paul. Maria Quarti P. 1. Tit. 5. dub. 1. n. 7. poſſe 2. locô aliam quoque dici orationem, v. g. pro Parentibus defunct.

*Ibid. col. 2. lin. 17. poſt* colligat. *adde:* Si quis celebret pro ſuis, & aliorum Parentibus ſimul, tunc cenſet nonnemo in collecta, pro Patre & Matre Sacerdotis à Miſſali aſſignata, locô verborum: *Animabus Patris & Matris meæ* dicendum eſſe: *Animabus Parentum noſtrorum:* at verò ſi quis celebret pro aliorum duntaxat Parentibus, tunc, inquit, ſi, pro *Patre* duntaxat, dicitur Oratio: *Inclina Domine.* Si pro *Matre* tantùm, Oratio *Quæſumus Domine.* Si pro utroque, Oratio *pro pluribus Defunctis* in Miſſali locô ſuprà cit. aſſignata. Oratio aſſignata *pro defunctis Fratribus, Propinquis, & Benefactoribus*, dicitur etiam (omiſſis omittendis) ſi pro defunctis Fratribus tantùm, vel Propinquis tantùm

&c,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

&c, celebrandum ſit: ſi tamen pro *uno* tantùm defuncto *Fratre*, aut *Benefactore*, vel *Propinquo*, celebrandum ſit, tunc dicenda videtur Oratio *Inclina Domine*, vel *Quaeſumus Domine, &c*, vel *propria*, pro *Qualitate* Perſonæ. Quòd ſi Sacerdoti in *die Depoſitionis*, aut die *tertio*, aut *ſeptimo*, aut *trigeſimo*, aut *anniverſario* ſuorummet Parentum pro ipſis ſit celebrandum, dicendas ipſi eſſe illas cenſet Orationes, quæ habentur in Miſſa pro *die depoſitionis*, hujuſque die *tertia*, *ſeptima*, *trigeſima*, *& anniverſario*, aſſignatæ, non autem illam, quæ intra hos dies dicenda eſt pro Defuncto Patre aut Matre Sacerdotis.

*Pag. 281. col. 1. lin. 36. poſt* Laicis *adde:* etiam *Imperatoribus*, *Regibus &c*, niſi quòd in horum (nempe Laicorum) *Anniverſario* dicatur Miſſa tertia:

*Ibid. col. 2. lin. 29. poſt* aliorum defunctorum *adde:* nempe Diaconorum, Subdiaconorum, ac his inferiorum Clericorum, necnon Laicorum

*Pag. ead. col. 2. lin. 32. poſt* Anniverſario. *adde:* licèt autem in *die Obitûs* horum, uti & in eorumdem *Depoſitionis* die *tertio, ſeptimo, & trigeſimo* perinde, ac in *die Obitûs, ac Depoſitionis Sacerdotum*, dicenda ſit Miſſa *ſecunda Defunctorum*, in *Anniverſario* tamen *Laicorum*, ac *Clericorum non Sacerdotum* dicenda eſt Miſſa Defunctorum *tertia*, ùt ſuprà jam monui, & notat Arnaud. Tr. 1. P. 4. Tit. 18. n. 3.

*Pag. 282. col. 1. lin. 6. poſt* curæ. *muta punctum in comma, & poſt modum adde:* niſi ſit alia locorum conſuetudo, aut Teſtatoris Verba aliud *ſonent*, præſertim quoad *Anniverſarium* celebrandum. Fiunt autem ubique *Anniverſaria* pro defunctis extra diem præciſum annuum, & non incongruè cum propria Miſſa quoad Laicos, ac etiam Clericos *Sacerdotibus* inferiores, ùt ſuprà. Gav. To. 1. P. 4. Tit. 18. n. 9.

*Ibid. col. 1. lin. 24. poſt* aſſignantur. *adde:* In Miſſis quotidianis defunctor. dicenda eſt pro *ſummo Pontifice* Oratio: *DEUS, qui inter ſummos Sacerdotes &c.* Pro *Cardinalibus* Oratio pro ijs aſſignata poſt *Miſſam quotidianam* defunctor. Pro *Epiſcopo* Oratio: *Da nobis Domine &c.* Pro *Sacerdote* Oratio: *Praeſta quaeſumus &c*, vel: *DEUS, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes &c.* pro *Epiſcopis & Sacerdotibus* propriæ, uti ibid. Gav. To. 1. *Tit. 18. n. 12.*

*Ibid col. 1 lin. 32. poſt* Sacerdote *adde ante comma:* non Epiſcopo

*Ibid. col. 1. lin. 34. poſt* alio defuncto *adde ante comma:* non Sacerdote (v. g. *Diacono*, *Subdiacono*, *Imperatore*, & quocunque alio Sæculari)

*Ibid. col. 1. lin. 35. poſt* Domine &c. *adde:* Si pro una defuncta quacunque, Oratio: *Quaeſumus Domine &c.*

*Pag. 283. col. 1. lin. 19. poſt* ſimilem. *adde ab initio ſequentia:* Quan-

do

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do quis petit, ut Miſſa defunctorum dicatur pro anima omnium in Purgatorio miſerrima ſeu derelictiſſima: vel liberationi proxima, vel DEO gratiſſima, & hujuſmodi, tunc cenſent aliqui, dicendam eſſe eo die, quo per Rubricas licet facere *Miſſam de Requiem*, MISSAM *quotidianam defunctorum*, cum tribus orationibus, ùt in Miſſali, ſine ulla variatione, cum applicatione Miſſæ in ejus animæ ſubſidium: Próque hac ſua ſententia communem praxin & conſuetudinem allegant. Quæ ſententia & praxis (quidquid Nonnemo opponat) mihi non diſplicet; cùm enim ex una parte MISSA *quotidiana defunctorum*, (ùt Titulus *quotidiana* innuit) non tantùm ſit ordinata pro *Miſſis conventualibus*, in *Eccleſijs cathedralibus* & *collegiatis* prima die menſis non impedita, item *Feria II.* pariter non impeditâ infra Hebdomadem juxta Miſſalis Rubricas certis temporibus decantandis, ſed etiam pro *Miſſis privatis*, ad libitum Sacerdotis infra annum diebus illis, quibus Miſſæ privatæ *de Requiem* non ſunt prohibitæ, pro uno aut pluribus defunctis celebrandis, ex altera autem parte nulla extet oratio in Miſſali, quæ ſit propria, aut determinatè conveniat ejuſmodi defuncto. Quòd autem prima Oratio illius Miſſæ, quæ eſt: *DEUS, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes &c* (utpote propria Epiſcoporum & Sacerdotum) non conveniat illi defuncto, pro quo in caſu propoſito petitur Miſſa funebris, ſi is non ſit *Sacerdos, aut Epiſcopus*, ſed *Laicus*, aut fortè etiam fœmina, nil admodum referre videtur; cùm innumeræ quotidie dicantur, tam pro *vivis* quàm pro *defunctis*, in quibus nulla dicitur Oratio, ſeu *Collecta* pro illo, aut illis, pro quo, aut quibus offeruntur aut celebrantur, ſed pro alijs ſeu rebus, vel etiam Perſonis, v. g. pro Eccleſiæ neceſſitatibus, imperatore &c; ſufficit enim ipſam Miſſam, ejuſque fructum applicari illi, aut illis, pro quo, aut quibus celebratur, orationes verò ſeu *Collectas* eas in ea dicere, quas Qualitas Miſſæ de reliquo requirit. Si cui non ſatis placet hæc mea reſponſio, illius per me ſequatur ſententiam, qui tenet, in ejuſmodi caſu dicendam quidem eſſe *Miſſam quotidianam defunctorum* cum oratione ſecunda & tertia in eadem præſcriptâ, at verò pro prima Oratione aſſumendam eſſe locô Orationis, in eadem Miſſa extantis, Orationem: *Inclina Domine aurem tuam &c*, attamen poſt verba: *Famuli tui* tam in ea quàm in correſpondente eidem *ſecreta*, & *Poſt-Communione* addendum: *Famulæve tuæ*, &c; ſic enim (inquit) & illi ſatisfit Rubricæ, quæ præcipit, ut in ijs defunctorum Miſſis, quæ extra ſuprà dictos dies dicuntur, dicantur *plures Orationes*, perinde ac in *Ferijs*, & *Feſtis ſimplicibus*, & ſimul illi alij ſeu Rubricæ, ſeu Regulæ, quæ exigere videtur, ut in Miſſis quotidianis Defunctorum Oratio prima dicatur pro ijs, pro quibus Miſſa cele

le

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lebratur, ùt conſideranti patebit. Quòd ſi non placeat dicere: *Famuli, Famulæve tuæ*, poteſt juxta eumdem omiſſis ijs verbis dici: *ut animam quam de hoc ſæculo migrare &c*, mente deſignando illam, pro qua, ut celebrares, fuiſti rogatus, aut tu celebrare intendis.

*Pag. 284. col. 1. lin 14. poſt* fundenda *fiat comma, & poſt comma adde:* ſicut nec etiam *Populus* (in *aqua* figuratus) in fine Miſſæ; quia tunc illa *aqua* Purgatorij animas repræſentat, quæ, utpote jam electæ, ac ſtabiliter conſtitutæ in gratia, non indigent *Benedictione*, ùt notant Gav. To. 1. P. 2. Tit. 7. n. 4. lit. F. & Dominic. Macrus in Hierolex. v. *aqua*.

*Ibid. col. 1. lin. 18. poſt* Subſtantia &c, *adde:* Quomodo in Miſſis defunctor. verificentur verba illa OFFERTORIJ: *Libera animas &c*, de *Pœnis inferni &c*, declarat Gobat Tr. 3. à n. 172. uſque ad n. 176. ex Azor. & Dicaſtillo.

*Pag. 288. col. 1. lin. 7. poſt* n. 15. *adde:* idem eſt, ſi Miſſa celebretur in obitu alicujus abſentis: dicitur enim, ùt in die depoſitionis, cum una Oratione, quæ eſt aſſignata pro die *tertio, ſeptimo, & trigeſimo*; at hoc tantùm tunc, quando pro obitu celebratur: nam aliàs dici debet Miſſa communis, h. e. *quotidiana*, cum Oratione 1. *Inclina*, vel *Quæſumus*, vel *propria*, ſi ſit Sacerdos, Orat. verò 2. &3. ùt in ead. *Miſſa quotidiana*, quæ ſine Sequentia dicenda: adeoque extra prædictos dies, perinde ac in illis, qui occurrunt inter *tertium*, & *ſeptimum*, necnon inter *ſeptimum* & *Trigeſimum* Depoſitionis *diem*, pro omnibus prædictis defunctis etiam ſummis Pontificibus, ſemper dicenda eſt *Miſſa quotidiana*, cum propria tamen ſemper 1. Oratione, prout ea habetur inter *Orationes diverſas pro defunctis* poſt ult. Miſſam defunctorum. *Gav. Arnaud. & Caſtald. loc. cit.* Hæc eadem obſervanda ſunt, quando in quibuſdam *Confraternitatibus* vel pro ſingulis Confratrum defunctorum animabus ſingulæ Miſſæ celebrantur, vel ad initium, aut finem cujuslibet menſis pro Confratribus menſe præcedente defunctis una Miſſa offertur: nam & hæc (ſecluſo ſpeciali Privilegio) debet eſſe illa, quæ intitulatur: *Quotidiana &c*; cùm ejuſmodi Miſſæ non videantur habere Rationem *Obitûs*, aut diei *Depoſitionis*.

Miſſa tertia Defunctorum, in *Anniverſario Laicorum* dici ſolita, dicitur cum ſua Oratione (*DEUS Indulgentiarum &c*) etiam tunc, quando Anniverſarium pro *tota Familia* celebratur, quamvis *Epiſcopi*, vel *ſummus* defunctus *Pontifex* de illa ſint Familia; at ſecùs, ſi pro pluribus *Pontificibus*, vel *Epiſcopis &c* defunctis fiat *Anniverſarium*; tunc enim dicuntur *Orationes propriæ* (in plurali tamen numero) & Miſſa, ùt ſuprà.

*Pag.*

*Pag. 293. col. 2. lin. 7. & 8. pro:* Titulum ultimum hujus III. Partis. *imprimend:* Titulum ſubſequentem (continententem *Miſcellanea Rubriciſtica, ordine Alphabetico digeſta*) Verb: *Cæremoniæ*, item V. RITUS &c. *Antequam verò ad Impreſſionem ſequentis Tituli in nova Ephemerologij Editione procedatur, Eum, cui novæ Editionis negotium & cura committetur, nôſſe oportebit, aliter Titulum illum imprimendum eſſe, ſi Ephemerologium de novo imprimatur cum ſolis Additamentis, & Corrigendis, toto hoc Opuſculo contentis, & ab ipſo Auctore annotatis, aliter verò, ſi ejus Editioni ſecundæ ſeu novæ, præter Additamenta, & Corrigenda totô hoc Opuſculo contenta ac annotata, acceſſerit inſuper Pars IV. continens, præter toto hoc Opuſculo contenta ac annotata, inſuper plura alia Addenda, & Corrigenda, quæ Auctor, quandocunque tandem (ſeu ipſo vivo, ſeu mortuo, prout nempe Superis, ac Superioribus placuerit) in Lucem ſint edenda, pariter pro Typo parata habet. Nam ſi priori modo edetur de novo hoc Ephemerologium (nempe vel ſine illa PARTIS IV. additione, vel eâ in aliud forſan Tempus dilatâ) tunc Titulus ultimus Partis III. eodem omnino modò in nova ejus Editione eſt imprimendus (attamen ſolummodo uſque ad literam Alphabetalem A. in medio columnæ primæ Pag. 294. collocatam) quô modò in Editione prima ſeu veteri ibidem cernitur expreſſus, ÿs autem, quæ deinceps à modò dicta litera A. in illa ac ſequentibus paginis in Editione prima ſeu veteri uſque ad finem Tituli ultimi illius Partis III. continentur ac ſubſequuntur, addenda inſuper ſuis locis ex hoc Opuſculo ſunt ea, quæ mox inferiùs pergam referre, ac annotare, unà cum Corrigendis in nova illius Tituli Editione: ne autem & ipſa nova Editio illius mendoſa ac deceptrix Lectorum evadat, omni modo (ùt jam ſuprà in Prolegomenis hujus Opuſculi fol. 5. &c monui) invigilandum eſt Typi Directoribus, & Correctoribus, ut, quando in nova Ephemerologij Editione Titulô ejus ultimô citabitur identidem ipſummet Ephemerologium, citationes quidem ejus Partium (nempe PARTIS I. II. & III.) necnon Titulorum & Paragraphorum in qualibet Ephemerologij PARTE contentorum, reſpondere omnino debeant Editioni veteri ſeu primæ, nequaquam autem Editioni veteri reſpondere debeant Citationes Paginarum, Columuarum, ac Linearum, quando in nova ejus Editione citabuntur Paginæ, Columnæ, ac Lineæ de novo editi Ephemerologij (ob rationē eod. fol. 5. antè cit. in Prolegomenis datam) ſed reſpondere, & accommodari harum omnium Citationes debeant ipſimet Editioni novæ, modô ibidem fol. 6. declaratô, quem vide.*

*Si verò modô poſteriori* TITULUS *ille, qui in Editione prima, ſeu ve-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*teri* P.III. *eſt ultimus, in nova Ephemerologij Editione fuerit imprimendus ( nempe per modum* PARTIS IV. *modô paulò antè, atque etiam in ipſa prima Ephemerologij Editione Parte III. f. 325. col. 2. circa finem inſinuato, Parti III. Ephemerologij primitùs impreſſi ſuperadditæ ) tunc* TITULUS *ille, qui in Editione prima eſt ultimus, in nova Ephemerologij Editione ſequentem in modum eſt imprimendus, nempe 1. cum præfixo eidem hoc Titulo*

# PARS IV.
# EPHEMEROLOGII
## *ECCLESIASTICO-RUBRICISTICI,*
### *CONTINENS*
## Parathemata illius Rubriciſtica Miſcellanea, Ordine Alphabetico fuſiùs, quàm antehac, digeſta.

Majuſculæ literæ I. II. III. IV. denotant PARTES totius EPHEMEROLOGIJ, nempe I. *primam*, II. *ſecundam*, III. *tertiam*, IV. *quartam*, ſive INDICEM, ſeu REPERTORIUM, *Ciphra* autem prima cuilibet earum appoſita *Titulum* illius Partis, ſecunda *Paginam* ejuſdem Partis, tertia, ſi apponatur, *Columnam* ejuſdem Paginæ deſignat. Character : *&c* ( ſeu hujus libri, ſeu etiam *alterius Auctoris* Citationi ſuperadditus ) denotat, locô ibi citatô plures alios reperiri Auctores, qui de eodem Argumento tractent. Littera V. denique idem ſignificat, quod *Vide*, vel *Verbo*.

2. *Titulus autem columnaris, Paginæ primæ Partis hujus IV. tunc præfigendus Charactere curſivo debet eſſe iſte:*

P. IV. Miſcellanea Rubriciſtica, & Index totius Operis. A. Ab &c.

*Atque hic idem Titulus columnaris* præfigendus quoque erit ſubſequentibus Paginis *hujus IV. Partis, attamen ſolummodò quoad iſta Verba:* P. IV. Miſcellanea Rubriciſtica, & Index Operis. *Locô autem literarum* A. Ab *&c ſingulis Paginis poſt dicta verba addenda erit illa litera Alphabeti, ac illius verbi initium, quæ, ac quod reſpondet illi Materiæ, de qua in cujuſque paginæ ſubjecta facie Ordine Alphabetico agitur, ad eum omnino modum, quô fit in veteri Editione.*

3. *poſt*

*3. Poſt impreſſum modò prædictô tum Titulum primum columnarem, tum etiam Titulum principalem hujus IV. PARTIS, Ordine deinde Alphabetico imprimenda erunt illa Miſcellanea Rubriciſtica, quæ itidem Ordine Alphabetico poſt primam Ephemerologij Editionem fuſiùs digeſta, ac multis Parathematis Rubriciſticis hinc inde aucta, Author pariter pro Typo conſcripſit, initium ducendo à prima Alphabeti litera A. in medio occurrentis Pagi æ ſeu Columnæ (idem eſt de reliquis deinceps) in hunc modum collocandâ:*

A.

*Huic autem, ac cæteris deinceps Alphabeti literis ( Materijs ad ipſas ſpectantibus ſimili modo præfigendis ) ſubjungi Ordine Alphabetico dein debent prædicta illa Miſcellanea Rubriciſtica, quæ in eventum edendi de novo Ephemerologij, cum Additione IV. Partis, illius Auctor conſcripſit, quod tamen ut debitô modô, & non præpoſterè fiat, inſuper ſequentia circa hujus rei executionem ſunt obſervanda. Primum eſt, ut quidem omnia illa Miſcellanea Rubriciſtica, quæ in prima Editione Ephemerologij Titulô ultimô PARTIS III. continentur, huic IV. Parti ordine Alphabetico tunc inſerantur, attamē eô modô aucta, & correcta, quô modô illa in hoc Opuſculo, per Addenda & Corrigenda ſuis locis annotata, augeri & corrigi jubentur. ALTERUM eſt, ut, quando PARS IV. ( continens Miſcellanea Rubriciſtica fuſiùs, & cum auctario digeſta ) etiam ipſa imprimetur, tunc poſteriora hæc Miſcellanea Rubriciſtica, prioribus illis Titulô ultimô Partis III. contentis ( locis tamen in hoc Opuſculo annotatis, priùs, ùt antè dictum, auctis & correctis ) ità ſuperaddantur, ut ſingula ſub competente ſibi Alphabeti litera, ordine pariter Alphabetico ponantur, præponendo nimirum jam antea in prima Editione impreſſis ea, quæ juxta exigentiam Ordinis Alphabetici eis ſunt præponenda, poſtponendo autem illa, quæ ijſdem ſunt poſtponenda, ſimilitérque jam antea impreſſis alicubi inſerenda, aut immiſcenda his pariter ordine ac loco competente inſerendo, ac immiſcendo: ad quorum omnium debitam executionem opus erit prudenti directione illius, qui Typi curam habebit. TERTIUM denique eſt, ut quando etiam in IV. Parte* Ephemerologij *citabitur identidem ipſummet Ephemerologium, ejúſque Partes ( nempe I. II. III. aut etiam IV. ) tunc in ejus Citationibus eodem modô procedatur, quô modô ſuprà in Prolegomenis* §. *7. & 8. nec non hîc paulò antè f.* 89. *procedendum eſſe monui, ubi dixi, omni modo cavendum, ne, quando Numerus Paginarum, Columnarum, ac Linearum ipſius Ephemerologij citatur, Citationes illæ fiant juxta Exemplar antiquæ Editionis, ſed juxta Edi-*

*tionem illius novam, multipliciter auctam & correctam, ob rationes locis modò à me citatis allatas. Dixi autem: CITATIONES ſolummodò Paginarum, Columnarum, & Linearum in Ephemerologij Citationibus non eſſe faciendas juxta exemplaria primæ Editionis, ſed juxta Editionem ejus novam & correctam; ſecùs enim eſt de Citationibus Partium illius (nempe I. II. III. & IV.) utì & TITULORUM, ac PARAGRAPHORUM; horũ enim Citatio nõ tantùm poteſt, ſed etiã fieri debet juxta Editionẽ Ephemerologij primam ſeu veterem, quia quoad Citationes Partium illius, harúmque TITULOS, & Titulorum PARAGRAPHOS nulla datur, aut dabitur diſcrepantia inter Editionem veterem, ac novam. His conſultò hôc locô præmiſſis, progredior nunc ad ea quoque hîc annotanda, quæ TITULO ULTIMO PARTIS III. in Editione nova Ephemerologij Addenda ſunt & Corrigenda. Itaque*

*Pag. 299. col. 2. lin. 7. poſt* &c *adde:* obligatio

*Pag. 301. col. 2. lin. 27. locô verborum:* 31. à Pag. 187. *imprimend:* Tit. 31. *Ibid. col. 2. lin. 28. locô* 1. 19. 2. & ſeq. *imprimend:* Tit. 1. ad diem 14. Jan.

*Ibid. col. 2. lin. 29. locô verbor:* §. 13. à Pag. 191. *&* §. 14. à fol. 215. *imprimend:* §. 13. poſt ejus initium, & §. 14. Ad *ſpeciales* quod attinet, contingit aliquando (uti factum anno 1717. & ipſo currente hoc anno 1723.) ut cum S. Thoma de Aquino in diem 11. Martij translato in 1. ſuis Veſperis à Capitulo concurrat S. Gregorius M. cúmque uterque ſit Eccleſiæ *Doctor*, ac proinde uterque *quà talis* in utriſque Veſperis exigat de ſe dici ad *Magnificat* Antiphonam: *O Doctor optime &c*, conſurgit Quæſtio ac Dubium, an, & qualis circa illam Antiphonam ſit facienda variatio in hoc, aut alio ſimili caſu? & uſque dum aliud S. R. C. ſuper hoc decernat, faciendam quidem eſſe meo judicio in dato caſu Antiphonæ prædictæ variationem, ſed in hunc modum, ut ſcilicet de S. Gregorio M. in 1. ejus Veſperis locò Antiphonæ *O Doctor optime &c*, dicatur illa Antiphona, quæ alioquin dicitur ad *Magnificat* in ſecundis Veſperis pro ſolis Summis Pontificibus, nempe, *Dum eſſet ſummus Pontifex &c*; pro Commemoratione autem facienda de Feſto præcedente, nempe S. Thoma de Aquino, dicatur Antiphona: *O Doctor optime &c*, uti in 1. ejus Veſperis; ſic enim ſalvatur coincidentis alioquin in iiſdem Veſperis ejuſdem Antiphonæ variatio, & ſimul (aliquô ſaltem modô) etiam S. Gregorius M. propriâ in utriſque Veſperis gaudet Antiphonâ, in 1. ſcilicet ſuis Veſperis Antiphonâ: *Dum eſſet ſummus Pontifex &c*, ſolis *ſummis Pontificibus propriâ*, in 2. verò Veſperis Antiphonâ: *O Doctor optime &c*,

ſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolis Eccleſiæ Doctoribus propriâ, quod in tali caſu ſufficere videtur; ſed hæc omnia ſalvo meliore aliorum judicio, cenſentium foraſſe, in tali caſu de S. Thoma Aquinate dicendam eſſe Antiphonam: *Hic Vir deſpiciens &c.*

*Ibid. col. 2. lin. 33. poſt* Tit. 8. *adde:* & infrà V. *Venerabile Euchariſtiæ ſacram. Ead. col. & lin. dele* à f. 257.

*Pag. 302. col. 2. lin. 2. poſt* Româ. *locô puncti fac comma, & poſt comma adde:* uti nec illa, quæ incipit: *In capite libri ſcriptum eſt de me &c*, nec etiam ipſarum *Orationes.*

*Pag. 303. col. 2. lin. 5. poſt* Ibidem. *adde:* In Dominica, ſi *Feſtum duplex*, aut *dies octava* alicujus Feſti occurrat, nunquam fiunt *duæ Miſſæ conventuales*, & cur? I. Tit. 5. Dominicarum Origo, Inſtitutio, Varietas, Præconia, Prærogativæ, ac religioſa Obſervantia &c, Ibid. Tit. 68. fin.

*Ibid. col. 2. lin. 20. poſt* Titularis *locô puncti fac comma, & poſt comma adde:* item Feſtum *Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis* Tit. 1. & 3.

*Pag. ead. col. 2. lin. 21. pro* à f. 15. *adde ſequentia:* Tametſi ex Permiſſione Rubricæ generalis VI. recogniti *Miſſal. n. unic.* in ijs Eccleſijs, in quibus vel eſt *Titulus Eccleſiæ*, vel magnus *populi concurſus* ad celebrandum Feſtum, quod *transferri* debet, poſſint cantari duæ Miſſæ in ejuſmodi loco & Occurſu, una nempe de *die*, alia de *Feſto*, alioquin in diem illam incidente; excipiuntur tamen in eadem Rubrica recogniti Miſſalis *DOMINICA I. Adventûs*, *Feria IV. Cinerum*, *DOMINICA I. Quadrageſimæ*, *DOMINICA Palmarum*, cum *tota HEBDOMADA majori*, *DOMINICA Reſurrectionis*, *& DOMINICA Pentecoſtes*, cum *duobus diebus ſequentibus*, item *Dies Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, *Aſcenſionis*, *& Feſtum SS. CORPORIS CHRISTI*, in quibus omnibus nec de *Feſto Titulari*, *nec Dedicationis propriæ Eccleſiæ*, nec de quocunque alio *Feſto* aut *Sancto*, præter Miſſam de die ejuſmodi privilegiato occurrente cantandâ, cantari inſuper *alia* (ſecluſo ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Indultô, aut legitimæ Conſuetudinis privilegiô) *Miſſa* poteſt, nec etiam fieri *Commemoratio* de *Feſto transferendo* in Miſſis dictarum Dierum, Teſte Paulo Maria Quarti *P. 1. Tit. 6. dub. 2. Ad alias* autem *dies*, ac *Feſtivitates*, in prædicta Rubrica *non exceptas*, quod attinet, ſi in ijs occurrat aut *Titulus propriæ Eccleſiæ*, aut *aliud Feſtum*, quod juxta Rubricas *cedere* quidem hîc & nunc illi alteri, ac transferri debet, poſſunt quidem, ut dixi, ex Permiſſione ſæpius allegatæ Rubricæ recogniti Miſſalis in ijs Eccleſijs, in quibus vel eſt *Ti-*

*tu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tulus Eccleſiæ, vel populi concurſus* ad *celebrandum Feſtum*, quod ( alioquin tali die occurrens, ac celebrari ſolitum ) *transferri* impræſentiarum vi Rubricarum debet, cantari omnino duæ Miſſæ *conventuales*, ſeu ſolemnes, una de *die* ( Tempore ſeu Horâ à Rubrica gen. XV. Miſſal. n. 2. præſcriptâ ) altera de *Feſto transferendo* poſt decantatam in Choro NONAM, ſine ulla Com̃emoratione, etiam *Diei privilegiatæ* ( eò quòd habeat rationem *Votivæ ſolemnis* ) dicendo verò Præfationem, niſi *propriam* habeat, nec non *communicantes*, & *Hanc igitur* diei currentis, ac in fine utriuſque ejuſmodi Miſſæ Evangelium S. Joannis, non autem *Feriæ*, aut *Dominicæ*, aut *Feſti occurrentis*. In Miſſis quoque *privatis* ( eſto hæ omnes dicendæ ſint de *die currente* ) fieri tunc poſſe ſaltem *Commemorationem de Feſto transferendo*, & quidem regulariter 2. *locô*, contra Paul. Mar. Quarti & Rubr. recog. Miſſal. cenſet Gerlac. Vinit. Compend. Sacr. Rit. P. 1. Tit. 6. §. 4. Circa Miſſã tamen *duplicem ſolemnem*, diebus, ac Feſtivitatibus à Rubrica Miſſal. ſuperiùs citatâ non exceptis recitari permiſſam, declarâſſe fertur S. R. C. 17. Aug. 1709. in ijs Eccleſijs, in quibus non eſt *obligatio cantandi quotidie Miſſam*, omitti poſſe *Miſſam ſolemnem de die*, & cantari in ejuſmodi caſu *ſolam Miſſam votivam de Feſto Titulari*, aut *alio*, modô prædictô.

*Pag. 304. col. 2. lin. 1. pro* ſ. 16. *imprimend:* Singularum *Officia* & *Miſſæ* quomodo per totius anni decurſum ordinanda. Ibid. Tit. 3. 4. & ſequent.

*Pag. 305. col. 2. lin.* 11. *pro* ſ. 264. *imprimend:* At petes: Quo *Tempore* ſint recitandæ *Horæ Canonicæ privatim?* Ad hoc Quæſitum *reſpondet* 1. P. Bruno Neuſſer *Tract. de Horis Canonicis diſp. 9. q. 1. n. 3. & ſeq.* Probabiliſſimum eſſe, quòd etiam citra cauſam *Matutinum* cum *laudibus* recitari poſſit jam horâ tertiâ pomeridianâ. Neque obſtat, quòd Pontifices ex Privilegio concedant, ut Matutinum ex Privilegio recitare aliqui poſſint duabus horis poſt prandium; quia ſi, ut Martinus à S. Joſeph apud cit. Scriptor. advertit, tale Privilegium petierunt, id tantùm fecerunt ad majorem cautelam, & Scrupulos vitandos.

*Reſpondet* 2. Tempus parvarum horarum eſſe totum Tempus antemeridianum, ità, ut tunc licitè recitari poſſit quæcunque Horarum illarum, quas *parvas dicimus*, & ſimiliter Tempus *Veſperarum* & *Completorij* eſſe totum tempus pomeridianum, ità, ut quacunque horâ poſt meridiem licitè recitari poſſint, niſi quòd tempore Quadrageſimali Veſperæ ante prandium ( attamen in ſolo Choro ex obligatione ) debeant recitari: quæ ſua reſponſa ibid. auctoritate juxtà, ac etiam ratione probat.

*Pag.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Pag. ead. 305. col. 2. lin. 19. poſt* locis *imprimend:* P. *Ibid. col. 2. lin. 23. poſt* obitûs *fac punctum, reliqua autem, quæ in eadem & ſequentibus duabus lineis ſequuntur, penitùs ſunt omittenda uſque ad verba* à Capitulo *incluſivè. Ibid. col. 2. lin. 25. pro* II. f. *imprimend:* Item P. II. Tit. 1. die 13. Jan. alijsque diebus mox citandis.

*Ibid. col. 2. lin. 26. pro* 219. & 397. &c. item III. f. 191. *imprimend:* item P. II. Tit. 7. die 15. Jul. & Tit. 8. die 16. 30. & 31. Aug. nec non Tit. 10. die 19. Octobr. ac denique Tit. 11. die 13. Nov. & quidem etiam tunc non eſt mutandus, quando in *primis* ejusmodi Confeſſorum Veſperis Hymnus *Iſte Confeſſor* non eſt dictus (eò quòd *primæ Veſperæ* de tali Confeſſore ne quidem à Capitulo dici in *die ejus Obitûs* potuerint, ſed tantùm de eo fieri potuerit *Commemoratio* in *die Obitûs*) dummodo poſtridie ſui Obitûs fieri de eo Officium queat, & non debeat ob diem illum impeditum ulteriùs transferri. Licèt enim Gavantus Tom. 2. ſect. 7. c. 3. die 14. Januarij, & ſect. 8. c. 3. n. 7. antehae ſcripſerit, mutandum eſſe 3.° Verſum in Hymno *Iſte Confeſſor &c*, quandocunque Officium alicujus Confeſſoris transfertur in aliam diem ab ea, qua obijt (ne, inquit, *mendacium dicatur*) etiam in diem immediatè ſequentem diem Obitûs, concedendo tamen in tali caſu, non eſſe mutandum in primis Veſperis, ſi hæ de S. Confeſſore dicantur (eò, quòd verè eo die, quo obijt, dicatur: *meruit beatas ſcandere ſedes*) mutandum tamen eſſe contendat ad *Matutinum* & *Veſperas* ſequentis diei, in quem transfertur; eò quòd tunc non obiêrit, ſed pridie, & licèt etiam huic Gavanti Sententiæ cæteri quoque Rubriciſtæ communiter antehac ſubſcripſerint, eámque complurium non modò antiquiorum, ſed etiam recentiorum Breviariorum Rubricæ jubeant practicare, nominatim in Feſto S. Hilarij die 14. Januar: in Feſto S. Hyacinthi 16. Aug: in Feſto S. Raymundi Nonnati 31. Aug: & in Feſto S. Petri de Alcantara 19. Octobris, nihilominus à pluribus jam annis Directoria Romana nec tunc jubent mutare 3. Verſum in Hymno *Iſte Confeſſor*, quando iſte de Confeſſore ad diem, diem Obitus immediatè ſequentem, translato, in *primis* hujus *Veſperis* dici non potuit, ſed tantùm ei dicendo locus eſt in *Matutino* & *ſecundis Veſperis* diei, diem Obitûs immediatè ſubſequentis. Atque hanc Praxin non mutandi 3. Verſum in Hymno *Iſte Confeſſor*, non modò in *primis* (ſi in illis hic dicatur) ſed etiam in 2. Veſperis, ac *Matutino* eum non mutandi, quotieſcunque Feſtum Confeſſoris in diem duntaxat immediatè poſt eum, quo obijt, ſubſequentem transfertur, ſequen-

dam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam eſſe, tenent modò recentiores Rubriciſtæ, nominatim Henricus Piſart in *Director. Canonic. de commun. Sanctor. §. unic. n. 5.* allegans auctoritatem S. R. C. judicantis in poſito caſu non eſſe mutandum 3. verſum in Hymno *Iſte Confeſſor* neque in *primis*, neque in *2. Veſperis*, & conſequenter neque in *matutino*, idque ob eam rationem, quòd *dies Obitûs* & *Depoſitionis* etiam in hac materia pro uno eodémque reputentur. Quòd ipſum etiam mihi celeberrimus quidam Rubriciſta Romanus pro reſponſo ad propoſitum ei hunc caſum repoſuit. Hinc autem ulteriùs infertur, quòd, quando Feſtum alicujus S. Confeſſoris, translatum in diem *diem Obitûs* immediatè ſubſequentem, alicubi celebratur cum Octava, Hymnus *Iſte Confeſſor* per *totā* ab ejus obitu *Octavā* dicendus ſit ſine mutatione 3. Verſûs tam in *matutino*, quàm *Veſperis*; quia enim juxta ipſumet Gavantum *To. 2. ſect. 8. c. 3. n. 7. in fin. Feſtum*, & *tota Octava Feſti eſt velut unus idémque dies*, ac *dies Obitûs*, *& dies Depoſitionis*, quo Feſtum Confeſſoris taliter translati in noſtro caſu celebratur, pariter reputantur eſſe unus idémque dies, ideo, ſicuti in Feſto taliter translato nec in primis, nec in 2. Veſperis, nec etiam in *Matutino* mutandus eſt 3. Verſus in Hymno *Iſte Confeſſor*, nec etiam infra Octavam taliter translati Feſti in ijs erit mutandus. Vid. dicta P. II. die 2. Decembr. uti & 14. Julij.

*Pag. 309. col. 1. lin. 34. poſt* relati, *adde:* nominatim P. Lohner Inſtr. pract. 1. P. *2.* & 3. totâ, item P. 6. Tit. 14. à fol. *267.*

*Ibid. col. 1. lin. 36. poſt* item *adde:* citatus

*Pag. 310. col. 1. lin. 1. poſt* ibidem *fac punctum.*

*Pag. ead. col. 1. lin. 2. pro* f. 28. c. 2. & f. 235. *adde:* Qualis dicenda ab ijs, qui habent Privilegium dicendi infra annum Sabbatis non impeditis *Officium* & *Miſſam* de Immacul. Conceptione B. M. V. *P. II. Tit. 12. die 15. Dec. fin.*

*Ibid. col. 1. lin. 10. poſt* ſolemnes *fac comma, & poſt comma adde:* nominatim in Eccleſijs etiam Cathedralibus, & *Collegiatis* I. Tit. 5. & 33. Item *Ibid. col. 1. lin. 19. poſt* de B. V. Maria *pro* ibidem *imprimend:* P. 1. Tit. 2. fuſiùs autem P. III. Tit. 7.

*Pag. ead. col. 1. lin. 21. poſt* ibidē *fac punctum, & poſt hoc pro 221. adde:* Si in Vigilia Feſti Aſſumptionis B. V. deſideretur *Miſſa votiva*, dicenda eſt Miſſa illius *Vigiliæ*, prout notatur in Miſſali in Paramentis violaceis, ac ſine *Gloria*, etiamſi occurrat in Sabbato. P. II. Tit. 8. An infra octavam Aſſumptionis B. V. Miſſa votiva de B. V. & quomodo dicenda? Ibidem. Si quis in Sabbato, quo fit Officium de B. M. V. in Sabbato, velit dicere *votivam* de aliquo *Sancto*, vel de *S. Spiritu &c.* quid ei obſervandum circa Hymnum Angelicum dicendum, vel non di-

cen-

cendum, item circa *Qualitatem Orationum*, nec non *Præfationum* &c, vide P. I. Tit. 2.

*Pag. ead. 310. col. 1. lin. 36. pro* f. 225. & 255. *imprimend:* nominatim, an ſemper duæ dicendæ ſint Miſſæ *conventuales* in caſu, quô *Vigilia* incidit in *diem infra octavam*, in qua Officium fit de *Feſto 9. Lectionum?* II. *Tit. 8.*

*Ibid. col. 2. lin. 2. pro* f. 258. *imprimend:* Quid obſervandum Celebranti (ſive *Ritu privato*, ſive *ſolemni*) coram *ſummo Pontifice*, aut *Cardinale* ubique locorum, aut coram Sedis Apoſtolicæ *Legato*, aut *Patriarcha*, aut *Archiepiſcopo*, aut *Epiſcopo*, aut *Abbate benedicto* (habente *uſum mitræ* & *baculi* in ſuo Monaſterio, vel Eccleſia) in horum *Reſidentijs* vel *locô ſuæ Juriſdictionis*, exactè tradunt Bauldry P. 3. Manual. c. 9. P. Hippolytus à Portu Vicentin. *libr. de cultû DEI P. 3. c. 4.* & ex parte Tobias Lohner *Inſtr. pract. 1. P. 4. Tit. 6. à f. 153.* *Ibid. col. 2. lin. 4. & 5. pro* §. 3. à f. 279. *imprimend:* § 2. & ſeq. Item P. I. Tit. 5. & 33.

*Pag. 311. col. 1. lin. 4. poſt* Requiem *omiſſô punctô adde:* P. 1. Tit. 33. item

*Ibid. col. 1. lin. 26. poſt* Tit. 35. *adde:* Miſſæ tam *privatæ*, quàm *ſolemnes*, quô tempore, ſecluſo privilegiô, dicendæ? vid. Rubr. gen. XV. recogn. Miſſalis. Item ſuprà P. I. Tit. 5. In Miſſa, quam quandoque celebrans cantat ſine Diacono & Subdiacono, dicere is debet novies *Kyrie &c* in *cornu Epiſtolæ* ùt in alijs Miſſis ſolemnibus, dicere itē in Miſſa cantanda de *Feria Quadrageſimali*, *Tò Humiliate capita veſtra DEO*, ſed verſus Altare. Arnaud. *Epit. Tr. 1. P. 2. Tit. 6. n. 22. ex Gav.* Evangelium quoque pro ſolemni *Palmarum Benedictione* canendum eſt in cornu Epiſtolæ ab eo, qui celebrat abſque Diacono & Subdiacono. Attamen in Miſſis privatis legitur *Paſſio* in die Palmarū in cornu Evangelij, quâ totâ finitâ hoc oſculandum eſt non ad initium Paſſionis, ſed ad initium ultimæ Partis ejuſdē. Corſett. *P. 2. Tit. 5. n. 21.* Gav. *To. 1. P. 4. Tit. 7. n. 20.* *In Miſſa conventuali* dierum ſolemnium non eſt facienda Altaris *Thurificatio*, ſi abſque *Cantu* & *Miniſtris* celebretur. S. R. C. 22. Jan. 1701. apud P. Hagerer: nomine autē *Miniſtrorum* intelliguntur hîc *Miniſtri Sacri*, h. e. *Diaconus & Subdiaconus*. Quòd ſi verò abſque hujuſmodi *Miniſtris* celebretur, attamē ſaltem *cum cantu*, tunc *Thurificatio* per id Decretum non prohibetur.

*Pag. ead. col. 2. immediatè poſt literam N. locô lineæ 1. in medio poſitam, imprimenda ſunt ab initio ſequentia:* Nativitatis B. M. V. Feſtum, ejuſque octava quomodo celebranda, tum in Eccleſia univerſali, tum etiam ibi, ubi eſt *Titulus Templi*, adeoque *duplex 1. claſſis*, item tum in *occurſu*, tum in *Concurſu* aliorum Feſtorum (v. g. *Dedicationis*, aut *Patroni principalis, &c*) horúmque O-

N Cta-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ctavis?* P. *II. Tit. IX. die 8.* Sept. & *P. III. Tit. III.* item *Tit. IV.* ac *Tit. VI.* §. 1. & *§. 6.* SS. NOMINIS JESU Feſtum quando, à quibus, & quomodo modò celebrandum? P. 1. Tit. 4. in fin.

*Pag. ead. 311. col. 2. lin. 7. poſt* Feſtorum, *adde:* horúmque Octavarum, necnon

*Ibid. col. 2. lin. 16. & 17. locô horum verborum:* à f. 68. uſque ad f. 94. *imprimenda ſunt ſequentia:* ubi etiam de earumdem *Occurrentia & concurrentia.*

*Pag. 312. col. 1. poſt lin. 31. ab initio imprimenda ſunt ſequentia:* Orationes dicendæ *Quæ*, *& Quales*, quô *modò*, ac quo ordine? P. 1. Tit. 2. item P. III. Tit. 7. ac ſuis locis. *Ibid. col. 2. lin. 29. poſt* &c. *adde:* Item Tit. 33.

*Pag. 313. col. 1. lin. 17. pro* decretum quidam *imprimend:* contendunt quidam Recentiores; *verba autem reliqua illius, ac ſequentis lineæ uſque ad Parentheſin incluſivè omitti in nova Editione debent.*

*Ibid. col. 2. lin. 26. poſt I. Tit. 8. pro* f. 40. *imprimend:* ante fin. ubi etiam refero, & excipio caſum, in quo nomen *Paganorum* non tantùm poteſt, ſed etiam debet mutari in nomen *Turcarum*, vel *Hæreticorum. Reliqua autem illius lineæ 26. verba, nempe hæc:* & Sac. Rit. Congreg. *uti & duarum ſequentium linearum verba, nempe vigeſima ſeptima, & vigeſimæ octavæ, penitùs ſunt omittenda.*

*Pag. 314. col. 2. lin. 16. pro* neque *imprimend:* ſed *Ibid. col. 2. lin. 20. poſt* debent, *adde:* & cineres in ſacram Piſcinam mitti,

*Pag. 315. col. 2. lin. 11. poſt* Rubriciſtico, *adde:* vide etiam Auctores ſuprà P. I. pag. ult. citatos.

*Pag. 316. col. 1. lin. 24. poſt* n. 401. *adde ab initio ſequentia:* Præfatio quid ſit, quæ ejus *Origo*, & *Auctores*, declarat Gavant. To 1. P. I. Tit. 12. à lit. Z. pleniorem verò ejus declarationem tradit Gulielm. Durandus L. 2. cap. 31. Earum, quæ in ORDINE *Miſſæ* in Miſſali Romano ante *Canonem Miſſæ* extant ſine *Notis*, numerantur in Eccleſia univerſali de facto nonniſi undecim; earum verò, quæ in eodem Miſſali in ORDINE *Miſſæ* extant cum *Notis*, numerantur univerſim *novendecim*, utræque *Ordine temporis* in eodem Miſſali Romano poſitæ cum ſuis *Rubricis*, diligenter relegendis ac obſervandis unà cum earum *Tonis* ab illis, qui celebrant Miſſas *cum cantu.*

*Pag. ead. col. 1. lin. 32. poſt* expreſſum. *locô puncti fac comma, & poſt comma adde:* nominatim Tit. 7. poſt initium. In Miſſa Litaniarum *majorum* & *minorum* dicenda eſt juxta propriam Rubricam (Miſſæ de *Rogationibus* ſuô locô inſertam) Præfatio Paſchalis, attamen (ſi cante-

tetur ) in *Tono feriali. P. I. Tit. 27.* item *II. Tit. 4. die 25. April.* Gav. To. 1. Tit. 12. lit. C.

In *Miſſis quatuor temporum*, occurrentium quandoque in die *Octava Nativitatis B. M. V.* necnon aliquando *infra Octavam Immacul. Conceptionis B. V.* non eſt dicenda *Præfatio de Octava* B. M. V. ſed *communis*, & quidem in Miſſa conventuali, *cantata de currente Feria*, cantanda eſt in *Tono feriali*, prout notatur in Miſſali inter Præfationes *cum Notis* locô ultimô ſub Titulo columnari : *Præfatio cōmunis in cantu feriali.* Eodem modo ac Tono dicenda quoq; eſt *Præfatio* tam in *Miſſis privatis*, quàm in Miſſa *conventuali cantata*, quando *Vigilia* aliqua venit infra octavam alicujus Feſti, habentis propriam Præfationem, v. g. Vigilia S. Joan. Baptiſtæ, aut SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, veniens *infra Octavam*, aut in *die octava* SS. Corporis Chriſti. Rationem dat Gavant. loc. cit. in fine. I. *Tit. 66.* II. *Tit. 6. die 23. Jun.* item *die 27. & 28. Jun.* necnon *die 14. Dec.* III. *Tit. 6. §. 11.*

*Pag. 317. col. 1. poſt lin. 31. imprimenda ſunt ab initio ſequentia :* PURIFICATORIUM non debere neceſſariò eſſe benedictum, imò nec eſſe benedicendum, Gavantus To. 1. P. 2. Tit. 1. lit. I. oſtendit ex Suarezio, atque etiam ex eo, quòd nulla in Ritualibus inveniatur *Benedictio* propria pro eo, uti nec *Veli*, nec *Burſæ Corporalium* : ut tamen ab alijs pannis, ad tergendas manus, aut purgandum naſum adhiberi ſolitis, dignoſcatur, convenit, ut in ejus medio aut angulis acu pingatur *Crux* ; &, ſiquidem in ejus defectu aliud mundum ſtrophiolum adhibeatur, ad profanos deinceps uſus iſtud ampliùs non eſt adhibendum.

*Pag. 318. col. 1. lin. 22. poſt* à me ſuprà *adde :* P. 1. fol. ult. in fine, &

*Pag. 319. col. 2. lin. 17. pro* 4. §. 3. n. 4. *imprimendum:* 6. §. 3. n. 4. & §. 5.

*Pag. 220. col. 2. lin. 33. pro* à f. 46. *imprimend :* & infrà Tit. 29. ante finem.

*Pag. 321. col. 1. lin. 9. poſt* celebrandum &c *fac comma, & poſt comma adde* : nominatim, *quando*, & *quomodo* transferendum in caſu, quô incidit in Dominicam, vel *diem infra Octavam*, vel in ipſam diem *octavam*, vel ſolam, vel ſimul. I. *Tit. 28. Reſponſ. 3. circa finem*

*Ibid. col. 1. poſt lin. 10. imprimenda ſunt ab initio ſequentia :* In *ſemiduplicibus* Orationes *quot*, & *quænam* dicendæ, vid. ſuprà V. O-

N 2 RA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

RATIONES. Quid autem ulteriùs obſervandum ſit primò: Quando *Feſtum ſemiduplex de præcepto* incidit in *diem aliquam infra octavam non privilegiatam*, in qua nullum ſimul occurrit *Feſtum 9. lectionum*, nec *dies infra Octavam* alterius Feſti habentis octavam? Quid *ſecundò*, quando Feſtum *ſemiduplex* incidit in ipſum *Feſtum habens octavam non privilegiatam*, v. g. in *Feſtum Aſcenſionis Domini*? Quid *tertiò*, quando *ſemiduplex de præcepto occurrit in Dominica infra octavam non privilegiatam*? quid *quartò*, quando tale *Feſtum ſemiduplex* incidit in aliam *diem impeditam infra octavam non privilegiatam* alicujus Feſti? Quid *quinto*, quando *ejuſmodi ſemiduplex* incidit in diem *octavam* alicujus Feſti, & ſimul in diem *infra octavam* alterius Feſti habentis *Octavam non privilegiatam*? Quid *ſextò*, quando *ſemiduplex de præcepto* incidit in *Dominicam infra annum*, ſeu, ùt aliqui vocant, *minorem*, in qua nec Feſtum 9. Lectionum, nec *dies infra Octavam*, nec *dies octava* alicujus Feſti occurrit? Quid *ſeptimò*, quando *ſemiduplex de præcepto* incidit in Dominicam, in qua occurrit ſolummodo *dies octava* alicujus Feſti, ſine occurrentia alterius ſimul *Feſti duplicis*, aut *diei* alicujus *infra aliam Octavam*? Quid denique *octavò* quando *ſemiduplex*, aut etiam *duplex* incidit in *diem octavam* alicujus Feſti extra Dominicam? vid. P. I. Tit. 28. item P. II. Tit. 6. die 26. Jun. & P. III. Tit. IV. Item Tit. VI. §. 5. & §. 12. ubi etiam de caſu, quo 2. ſemiduplicia incidunt in eandem diem.

*Pag. 322. col. 2. lin. 20. pro* à f. 105. & 184. *imprimenda ſunt ſequentia:* nominatim verò, quomodo facienda ſit quoad Feſta *duplicia* & *ſemiduplicia* occurrentia *infra octavas* quorumlibet Feſtorum, necnon in eorum *die octava*, ac denique in *Dominicis infra octavas*, vid. *P. I. Tit.* 28. *Item P. III. Tit. 6. §. 12.*

*Pag. 325. col. 1. poſt lin. 12. imprimend:* VOTIVA Miſſa *quando*, & *quomodo* dicenda &c. vid. ſuprà hoc Tit. *Verb: Miſſa.*

*Denique locò eorum, quæ Paginâ eâdem 325. col. 2. à lin. 1. uſque ad lineam ultimam illius columnæ in Editione veteri ſeu prima habentur, Editioni autem novæ non ampliùs quadrant, imprimenda ſunt ſequentia:* Atque hîc finis eſto totius hujus meæ LUCUBRATIONIS, quæ cùm poſt primam ejus Editionem pluribus in locis multùm ſit aucta, & amplificata (uti conſtat ex *Opuſculo* 1723. Oeniponti impreſſo, cui Titulus: *ADDENDA, & reſpectivè CORRIGENDA in Ephemerologio Eccleſiaſtico Rubriciſtico, ſi illud denuo in lucem edetur &c*) ideo, ſi Ephemerologium ità auctum, ac emendatum de novo imprimetur, neceſse omnino erit, ut vel in *majori*, quàm anteà, *forma* edatur, nempe per modum

To-

*Tomi in folio*, vel, ſi in *forma* rurſus *quarta* ſit imprimendum, tunc ejus PARS III. unà cum totius *Operis* INDICE ſeparatim à PARTE I. & II. per Bibliopegos compingi curetur. Quòd ſi in ejuſdem Ephemerologij *nova* Editione, *tribus* prædictis ejus *Partibus* acceſſerit etiam PARS IV. *continens Parathemata illius Rubriciſtica Miſcellanea, Ordine Alphabetico fuſiùs quàm antehac digeſta, ſimúlque totius novi Operis, multipliciter aucti ac emendati* INDICEM, *ſeu Repertorium*, tunc etiam PARS IV. (niſi cum cæteris edatur in *folio*) ſeparatim à præcedentibus erit compingenda: circa quam PARTEM IV. illud quoque hîc ſuperaddendum, quòd illa *ratione Ordinis Alphabetici* augeri & continuari poſſit à Rerum rubriciſticarum Cultoribus in tempus etiam quodcunque futurum, inſerendo ei (quotieſcunque vel *ſeparatim à cæteris Partibus*, vel *unà cum eis* de novo imprimetur) ſuis locis, vel *ſummariè*, vel etiam *fuſè* quæcunque alia inſuper *Miſcellanea Rubriciſtica*, ſcitu digna aut etiam neceſſaria, nondum tamen *Parti illi IV.* inſerta, ac ea præſertim, quæ poſt ultimam Ephemerologij Editionem in *Materia Rituum* vel Sedis Apoſtolicæ, vel ſacror. Rituum Congregationis auctoritate de novo ſunt ſtatuta, aut imperata, &c.

*His denique in nova Ephemerologij Editione ſubjungenda eſt ſequens clauſula finalis:*

## *Omnia ad Majorem DEI Gloriam, & Eccleſiæ ſuæ Sanctæ Utilitatem.*

*Hæc ſunt, quæ locis in hoc Opuſculo hucuſq; annotatis partim ADDENDA, aut IMMISCENDA, partim* demenda, aut omittenda, *partim denique* Corrigenda, *aut* mutanda, *erunt in Ephemerologio Eccleſiaſtico-Rubriciſtico, ſi illud (anno 1717.* Brixinæ in Tyroli primò *in lucem editum) alicubi de novo cum Facultate Superiorũ imprimetur, ea de cauſa ab ipſo Ephemerologij Auctore conſcripta, & in prodromũ hoc Opuſculũ congeſta, quòd intellexiſſet, optari ex una parte à non paucis, ut idẽ Ephemerologium additis addendis, & Correctis corrigendis &c, poſt diſtracta 1. Editionis Exemplaria ſubin rurſũ typis excuderetur, ex altera autem parte pronum erat cogitare, neminem ullum repertum iri, qui ipſo è vivis ſublato aut vellet, aut etiam poſſet (ob ſumãm rei difficultatem) dictô modô adornandæ ſecundæ ſui Libri Editioni manum admovere; eò quòd nulli alteri facilè perſpectum ac exploratum ſatìs eſſe poſſet, quæ, & quibus locis, ac quomodo addi addenda, & corrigi corrigenda appoſitè poſſint, aut etiam debeant, nec aliter amoveri hanc difficultatem ac remoram poſſe, quàm ut ipſe Ephemerologij primò editi Auctor, dum* ad-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adhuc in vivis eſt, non tantùm accuratè annotet, ſed etiam typis mandet ea, quæ in ſecunda ejus Editione quibuslibet locis addenda, mutanda, & reſpectivè (ex cauſis ſuprà f. 7. allatis) emendanda ſunt, atq; hoc pacto facilem omnino ac expeditam etiam poſt ſua fata ſecundam ſui libri Editionem reddat cuicunque vel mediocriter Rerũ rubriciſticarum perito, ac ſtudioſo; quod cùm, divina favente gratia, hoc ipſo in Opuſculo præſtet, confidit omnino, non defuturum (ubi ubi demum) qui, etiam ipſo non ampliùs ſuperſtite, ad majorem DEI Ter Opt. Max. Gloriam, Sanctorúmque ejus Cælitum honorem, necnon totius venerabilis Cleri commune Bonum, ac commoditatem, manum Operi (ſecundis hiſce curis elimato, ac expolito) ſit admoturus, ipſáque experientiâ edocendum, dummodo animosè rem aggrediatur, non tantæ eam eſſe difficultatis, ac prima fronte ſibi forſan apparuerat, illam nempe emolliente hoc Opuſculo, modò ejus directionem ubique, & in omnibus ad amuſſim ſequantur illi, qui ſecundam Ephemerologÿ Impreſſionem in ſe ſuſcipient, aut alÿs committent ejus executionem, illud nominatim ac præ cæteris accuratiſſimè obſervando, quòd ſuprà fol. 3. hujus Opuſculi ante ejus Paginæ finem trado, ac exigo, ut ſcilicet, quando locis in hoc Opuſculo à me allegatis jubeo in nova Ephemerologÿ Editione hujus vel illius Paginæ à me citatæ columnæ, ac lineæ aliquid addere vel demere, aut omittere, vel uni vel pluribus verbis ibi poſitis aliud, vel alia ſubſtituere &c, tunc in nova Ephemerologÿ impreſſione illis (hoc eſt, Paginis, Columnis, ac Lineis in hoc Opuſculo à me indicatis) nec plura, nec pauciora addantur, vel demantur, aut omittantur, vel ibi poſitis ſubſtituantur, neque etiam aliter, quàm in præſenti hoc Opuſculo exprimitur, imprimantur, etiamſi unicũ aut alterũ duntaxat verbulũ de Textu veteris Editionis (etiam in una eadémq; linea) remaneat retinendum, aut viciſſim unicum tantùm, aut alterum verbulum Textui veteris Editionis alicubi ſit adjiciendum; vel denique poſt aliqua omiſſa, vel addita in aliqua linea, mox in eadem ſit iterum pergendum, aut aliquid in eadem rurſus, ac de novo ſit addendum, aut demendum. Quòdſi (ùt non rarò contingit) locis in hoc Opuſculo annotatis longiſſimi plurium etiam quandoque Paginarum Textus in nova Ephemerologij Impreſſione ſint addendi, aut viciſſim omittendi, vel alium in locum transferendi, tunc pariter curandum eſt novæ Editionis Curatori ac Impreſſori, ut poſt Textus illos ſuis locis ex integro additis, vel omiſſis, aut tranſpoſitis nihil inſuper aliud, in hoc Opuſculo non annotatum addat, vel omittat, aut transferat, ſed pergat deinde reliqua omnia in hoc Opuſculo non annotata, ſeu non excepta, eô modo imprimere, quô extant im-

impreſ-

preſſa in prima Ephemerologij Editione, uſque dum rurſus deveniat ad aliquam Paginam, ſeu locum in hoc Opuſculo annotatum, jubentémque de novo aliquid vel addere, vel omittere, vel transferre, aut aliter mutare. Quæ omnia ſi unà cum illis, quæ initio hujus Opuſculi fol. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ac ſeq. trado, diligenter in nova Ephemerologij Impreſſione obſervabuntur, ejus Editio ſecunda evadet Opus in ſuo genere (ùt ſuprà dictum) omnibus numeris abſolutum: Interea Temporis verò hoc præſens OPUSCULUM tam illis, qui primæ Editionis Ephemerologia ſibi jam comparârunt, quàm etiam ÿs, qui ante 2. illius Editionem aliqua ſibi adhuc comparabunt, poterit eſſe locô ſecundæ Editionis, ſervietque utriſque non tantùm ad deprehendenda Ephemerologÿ de novo imprimendi ADDITAMENTA, ſed etiam ad deprehendenda & emendanda primitus impreſſi aliqua Sphalmata, eáque non tantùm Typographica & Orthographica, ſed etiam Rubriciſtica, quæ ex cauſis paulò antè allegatô locô inſinuatis in primam ejus Editionem irrepſerunt, qualia ne etiam in ſecundam irrepant, modis omnibus cavendum eſt ac ſatagendum. Sed forſan non deerit, qui eo ex capite huic quoque OPUSCULO ſuos ineſſe Nævos contendat, quòd ejus Auctor non ſemel agens in PARTE illius aliqua anteriore de hoc vel illo in nova Ephemerologÿ Editione hôc vel illô locô obſervando, ſimul ſe referat, ac etiam Lectorem remittat ad PARTEM aliquam poſteriorem (v. g. II. vel III.) dicendo ibi aut pluribus, aut commodiùs ea de re actum ir:, &c, vel viciſſim agens in PARTE hujus OPUSCULI aliqua poſteriore (v. g. II. aut III.) de quopiam illius loci argumento ſe referat, ac etiam Lectorem remittat ad PARTEM à ſe citatam anteriorem (v. g. ad I. aut II.) cùm tamen in nulla Partium Ephemerologij ab ipſo citatarum id reperiatur, quod ibi repertum iri in hoc OPUSCULO aſſeritur, adeoq; etiam ejus Lector aut falſâ, aut ſaltem erroneâ citatione Partium Ephemerologÿ in hoc Opuſculo ab eo decipiatur. Verùm quisquis hæc mihi opponis, næ tu ipſe magnopere deciperis; quemadmodum enim ea, quæ locis in hoc OPUSCULO à me annotatis ac allegatis jubeo in ſingulis EPHEMEROLOGIJ de novo imprimendi Partibus hinc inde vel addere vel demere &c, nec extant, nec ſunt quærenda in prima ſive veteri EPHEMEROLOGIJ Editione, extabunt tamen ac reperientur locis à me in hoc Opuſculo allegatis in nova Ephemerologÿ Editione, ubi nimirum ſingula in hoc OPUſCULO annotata novæ Ephemerologÿ Editioni locis à me indicatis fuerint inſerta, ità etiam, quando in eodem hoc OPUSCULO me refero, & mecum lectorem remitto ab una EPHEMEROLOGIJ Parte ad aliam, locis in hoc Opuſculo à me citatis ſuper eodem argumento aut

ite-

iteratò, *aut* pluribus *acturus* de *eo*, aut *ijs*, *de quibus ibi agendum*, *aut actũ aſſero*, *nõ in* veteri, *ſed in* nova EPHEMEROLOGIJ Editione *eſſequæren-da*, *ex ipſo hoc* OPUSCULO ſatis *eſt manifeſtũ*, *in quo*, *uſq; dum nova illius* Editio *( quandocunque tandem ) in lucem ſit proditura*, *expreſſa ea o-mnia erit reperire*, *quæ in* veteri *ejuſdem* EPHEMEROLOGIJ Edi-tione *hac quoque in parte etiamnum deſiderantur*.

*NB.* Si PARS IV. EPHEMEROLOGIJ (*de qua ſuprà fol.* 89. *&* 90. hujus OPUSCULI, *quámq; Ephemerólogij* Auctor, *jamjam à ſe conſcriptam*, *pro* Typo *quoque deſcribi curavit* ) *cum* SUPERIORUM Licentia *&* Appro-batione, *ubi ubi demum*, *& ſive* ante, *ſive* poſt *ſecundam* EPHEMERO-LOGIJ *Impreſſionem*, *etiam ipſa in lucem edetur*, *tunc Manuſcriptum ejus pro Typo Exemplar vel* Oenipontô, *vel* Monachiô petendum erit, in quorum alterutro loco cum alijs Manuſcriptis vel totam Provinciam concernentibus, vel aliàs ſuum uſum ſucceſſu Temporis veroſimiliter ha-bituris, aut reperietur depoſitum, aut poterit indagari, ubinam ad di-ctum finem aſſervetur.

Quidam ( neſcio quo S. R. C. Decreto à ſe allegato nixi, necnon Au-ctoritate Breviariorum quorumdam recentiorum, nominatim 1723. *Ve-netijs* impreſſorum, ſuis Directorijs ad diem 23. Januarij inſerunt hanc Rubricam: *In Feſto Deſponſationis B. M. V. cum S. Joſeph*, *ubi eſt conceſ-ſum*, *facienda eſt in utriſque* Veſperis, Laudibus, *ac* Miſſa *Commemora-tio de S. Joſeph ante alias quaſcunque Commemorationes*, *etiam Feſti duplicis*, *aut Dominicæ*, deſumenda ex ejus Officio novo die 19. Martij; verùm quia de allegato ab ipſis Decreto necdum authenticè mihi conſtat, & Breviaria alibi pariter recèns impreſſa altùm de hoc ſilent, non auſu-ſum aliquid ſuper hoc pronuntiare agens de illo Feſto 23. Jan. præſertim, poſtquam Nonnemo à me interrogatus mihi reſpondit, id Privilegij ſo-lummodo Luſitaniæ fuiſſe indultum.

## *Omnia ad Majorem DEI Gloriam.*

### *Sequentia ERRATA Typi ſic corriguntor:*

*Pag.* 2. *lin. ult. pro* Aliiquæ *lege* Aliquæ *Pag.* 19. *lin.* 12. *pro* ilia *lege* illa, *Pag.* 24. *lin.* 34. *pro* ſolemnibus *lege* ſolemnioribus *Pag.* 37. *lin.* 6. *pro* qu *lege* qui *Pag.* 47. *lin.* 14. *pro* in *lege* lin. *Pag.* 70. *lin.* 37. *poſt* aliquo *adde*: alio *Pag.* 80. *lin.* 16. *ſignum* ) *pone poſt* tempore Paſchal. ) *Pag.* 93. *lin.* 2. *locô* foraſſe *lege*: fortaſſe

*Quorumdam leviorum ( eorúmque admodùm paucorum ) Erratorum Emendatio cuivis Lectorum haud accidet difficilis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
2133

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN